

1  
/ 1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9





1709.

- 1<sup>o</sup> Bodinus, Henricus : De renunciatione dotali facta
- 1<sup>o</sup> Bodin, Henricus : De renunciatione dotali facta
- 2<sup>a</sup> Bodinus, Henricus : De divortio conjugum propter  
delictum 2 tract. 1709 : 1720.
- 3<sup>a</sup> & 6. Boechmer, Justus Henricus : De dominio Litis  
2 tract. 1709 : 1738.
- 4<sup>a</sup> & 6 Boechmer, Justus Henricus : De discrimine tempesta-  
lis maritimi 2 tract. 1709 : 1738
5. Ludovig, Jan. Petrus : De colonis adscripticiis.
6. Ludovig, Jan. Petrus : Conductionem villarem  
respondet
7. Ludovig, Jan. Petrus : De conductione perpetua
- 8<sup>a</sup> & 6 Ludovig, Jan. Petrus : De jure suffragii R. Bohem-  
nicum . 2 tract. 1709 : 1739
9. Michaelis, Joannes Henricus : De usu LXX. interpretum  
in N. testamento 1721.

10. Thebenus, Christianus: *Friedricus bellivorus Academiae Lipsiensis ante hos trecentos annos fundator historicè descriptus*
11. Reichius, Johannes: *Dissertatio apologetica voluè, quæ Cælestina sapientissima inter mortales femina et convertitio Hepiani viaticatur*
12. Styrkius, Jo. Samuel: *De eo, quod justum est Circa Ventilationem*
13. Styrkius, Samuel: *De juribus singularibus Comitiarum in Germania*
14. Styrkius, Samuel: *De feudis Lusatiæ superiores*
15. Styrkius, Samuel: *De conventionibus usurariis*
16. Styrkius, Samuel: *De vestitu regum Venetiarum*
17. Styrkius, Samuel: *De Diverso colonorum jure.*  
1709 2 1747.



de -  
Tr  
o,  
nd  
w  
m







2. D. V. B.

Pub. 8. no. 47.

1709 ja

DE IVRE  
SVFFRAGII  
R. BOHEMIAE,

NOVISSIME INSTAVRATI  
IN COMITIBUS S. R. I.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO REGIAE DOMVS PRINCIPE  
AC DOMINO,

PHILIPPO WILHELMO;  
PRINCIPE PORVSSIAE, CETERA.

MODERATORE CONFLICTVS,

IOANN. PETRO *Sudewig* / *l. a.*

PORVSS. REGIS IN HEROICO IVDICIO, EOQVE SVPREMO ADSESSORE;  
CONSILIARIO; IVRIVM ET HISTORIAM, PROF. ORDIN. ATQVE TA-  
BVLARII MAGDEBVRG. ARCHIOTA,

SCRIPSIT DISSERTITQVE

IOANNES LEONARDVS *Heimbl*  
VRATISLAVIENSIS,

H. L. V. S.

TPIS IDIBVS MAII c<sup>o</sup> Icccix.

14

HALAE VENEDORVM

LITTERIS ZAHNII, ACAD. ET SENATVS HALLENS, TYPOGR.

KOENFRIED  
UNIVERS.  
ZVHALIE





17. 4. 17.

DEVIARE

SVBRAGI  
WILHELMIAE

RECTOR MAGNIFICENTISSIMO

PHILIPPO WILHELMO

JOHANNES TROBARDUS

JOHANNES TROBARDUS

UNIVERSITÄT  
MAGDEBURG







CAP. I.  
 ARGUMENTI HVIVS ENARRATIO.

§. I.



**V**ix dum reipublicae nostrae fasces Imperium  
 acceperat inuictissimus impera- IOSEPHI  
 tor IOSEPHUS (a): cum res ma- breue: sed  
 ximas gessit, explicatu difficiles, magnum.  
 plenas discriminum, euentuque  
 dubias, ut gloriae paternae, hac  
 enim quae esse potest maior, non  
 tam heres sit dignissimus, quam felicissimus amplifi-  
 cator. Oceano pacato, integra naue, uentis secundis, Susceptura  
 idoneaque coeli tempestate, nauem regere, uti res o- in tempo-  
 mnium leuissima: sic diuini omnino operis est, in tur- ribus du-  
 A bini- ris simis.

*Tempus sus-  
 cepit a Iose-  
 pho imperii.*

(a) Non quinquennium abiit,  
 ex quo gubernacula reipu-  
 blicae Romano Germanicae  
 suscepit IOSEPHVS. Auspi-  
 cia enim imperii, parente mor-  
 tuo, sumpsit die III. Nonar.  
 Mense Maio, clv lxxxv.  
 postquam, duodecim annos na-  
 tus, Caesar factus esset; a diuo  
 Leopoldo rite in societatem re-

gni pridem adscitus an.  
 clv lxxxv. Felicior Traiano. Is  
 enim questus est, quod dii, im-  
 mortales, fortunas festinarent,  
 cum eidem magis esset in uo-  
 tis optatisque, tanto Caesari tar-  
 distime succedere, qui consiliis e-  
 xemplisq; eum quotidie ad bene  
 imperandum posset instruere.

(b)



binibus ac fluctibus; dissipata nauigii compage, hostium piratarum ausus eludere; iter tenere rectum & explicatum, ex uariisque casibus felicem emergere, cum suisque a portu quam proxime abesse. Susceperat gubernacula imperii Augustus, Germania procerum ac principum institutis in partes distracta: hoste in eius fere agente meditullio: ringente & tantum non, prudentiorum iudicio, perdita Italia: Hungaris, uiti parantibus, cruces ac tormenta: summam consiliis distracta bellisque concussa Europa uere uniuersa.

*Vicit in eo  
maiorum  
instituta.*

§. III. Verum hanc difficultatum molem non solum eluctatus est Iosephus: sed etiam in his procellis, quae effici nequibant maiorum institutis, ipse, praeter mortalium spem, bona omnium pace consecutus est (b). Ut de nullo IOSEPHI consilio constet, quod ducem non habuerit fortunam & comites prosperrimos rerum euentus.

§. IV.

*Cum his  
rer. gestar.  
spatio quin-  
quennis.*

(b) *Principio* in principes, Caesari imperioque INFIDOS, cum admoniti ad frugem non redirent, grauer animaduertit. Bauaro proscripto, Colonienfi de archiepiscopatu deiecto. *2* Deinde supremum imperii tribunal, CAMERAM IMPERII dicunt, sub erucinam vocauit instituitque, ut aut morbis, si qui essent, medela adferretur aut, si minus illud laboraret, sustentaretur eius valetudo. *Tum 1-*

TALOS nexus clientelaris, quem imperio debent, admonuit in ordinemque multa reduxit, quae aliquot seculorem neglectu tantum non de animis hominum deleta esse, uidebantur. *3* Post Italia omni expulsi deiecitque hostes Gallos. Ut uero non solum suo aeno consuleret imperator: Sed etiam futuris casibus, quos prauidit praesentisque, obiecem poneret, connumbia commendauit utriusque regi occi-



§. IV. Memoriam earum rerum annales celebrabunt, qui iusta uirtuti pretia solent statuere: non sibi iam instituti est, ex hoc rerum gestarum cumulo, unicum delibare, neque quibus consiliis (c); sed qua

occidentalium regnorum. Vni ad finem; alteri fororem. Ne hostis, quod faucibus eius, nunc ereptum, id spe deuoraret, aliorum temporum expectatione. *Pyraeterea* SEPTENTRIONALIA diffidia maturo prudentique consilio in pacem uertit, ratione omnibus bonis exoptatissima. *Porro* Italici incendii fomitem, Mantuanum, perfidiae damnauit, exclusitque ditione clientelari. Quid Caesari debeat, quid PONTIFICI: olim hodieque disputatum est, dubia uero lance. Nostra aetate non tam armis, quam consiliorum aequissimis rationibus uictus est Papa: ut pacem daret, quae iuribus Augusti in Italiam congrueret. *Ad extremum* HANNOVERANO duci promissum inter Archiprincipes locum re ipsa dedit, discriminiibus, quae alii excitauerant auerantque plurimum, compositis. Non silebo ciuis, quid IOSEPHO debeant populi Silesia-

rum. Nouis hanc provinciam rationibus instruit, beneficiisque auxit, ut hoc Caesarem iam nunc nata esse uideatur. Ut odii femina extingueret inter ciues diuersorum sacrorum, IOSEPHINAM in Lignicensi provincia aperuit, in qua utriusque tesserae alumni enutrientur. Ex utroque enim Caesar. Ut scilicet rempublicam & legibus ac litteris tutam haberet: & armorum studio instructam ornataque. Habes Caesaris, sine exemplo, quinquennium!

(c) Scilicet diu est, ex quo id in notis habuere Austriae generatim imperatores, ut Bohemiae regnum ordinibus Germaniae iterum adscriberetur iure quodam postliminii. Verum tempora forte non fuerant, quae ueritatem maioris facerent, quam studia aduersus domum Austriae. Haec igitur gloria IOSEPHO relicta a Deoque seruata esse uideretur: qui desideria superioris seculi nullo fere

negotio-

*Causis  
quam plurimis.*

*Historia in-  
saurationis  
suffragii Bo-  
hemici in co-  
mittis.*



iuris & aequi ratione illa effecta sit, ex fontibus legum & consuetudinum imperii aperire.

Quarum non  
infima, in  
STAUERATIO  
BOHEMICI  
SUFFRAGII  
IN COMITIBUS  
S. R. I.

§. V. INSTAURATIONEM UOLO BOHEMICI IN IMPERII COMITIBUS SUFFRAGII. Haec cum in pleno ordinum confessu tractata & communi adprobata sit omnium concentu; integrum nobis erit, momenta eius ex illa temporum luce eruere, ut pateat omnibus, quam maturo exploratoque iudicio uoluntati Caesaris calculum addiderint nouissimorum comitiorum consulo-

negotio expleuit Historia  
haec est. Fuere olim in imperii  
Germanici societate reges Bo-  
hemiae. Veruntamen rarius  
usi sunt Germaniae comitiis:  
quod tantum dignitati regalis  
diadematis decedere opina-  
rentur, quantum conuentibus  
darent Germanorum. Sibi igitur  
satis fore existimarunt, si, aliis  
negotiis relictis, illud solum cu-  
rarent, unde cetera Germanici  
regni momenta pendere uide-  
bantur. Caesarem fieri, Bo-  
hemiae regis iudicio, glorio-  
sum fuerat. Ut adeo praeter  
conuentum, qui de imperatore  
eligendo institueretur, alium  
nullum in Germania sibi adro-  
garent; contenti imperii ARCHI-  
PINCERNATU. Verum intellex-  
erunt post Bohemiae reges:  
leue onus esse, imperii clientia-

1 lam, quae uero commoda se-  
cum uehat inuidenda. Po-  
nituit itaque ab hoc nexu fere  
laxatos; ut uellent, unde di-  
2 fcefferant, redire, dummodo  
hoc fieri posset concordia con-  
sensu aliorum. Veruntamen  
iuribus, temporum uetustate  
3 attritis, dubitarunt quampluri-  
mi, quin calculum adderent de-  
sideriis Bohemicorum. Alii,  
in causa etiam manifestissima  
4 attendendum esse, iudicarunt,  
non illud, quod iustum sit, nisi  
id quoque e re fuerit imperii.  
Esse enim, dixerunt, casus, ubi  
5 alia commoda Caesaris sint; a-  
lia Archiprincipum: unde di-  
stratio metuenda collegarum,  
si quidem in nullo non conuen-  
tu Caesari agere liceret in no-  
6 uemuiris. Utrosque scopulos  
e medio sustulit IOSEPHUS; qui  
pristi-



fultores. Formulae (d) in primis rationes dabimus, qua sententiam suam imperii ordines his quidem verbis protulerunt: **PRISTINUM IN COMITIIS IMPERII LOCUM BOHEMIAE REGI SEMPER PATUISSE; QUEM**

A 3

PRO

pristina non solum iura e tenebris in lucem reduxit: sed etiam a periculis diffidorumque metu cum nouem uiros liberauit, tum ceteros ordines imperii. Quo factum est, ut, communi omnium ordinum concentu, sedendi & suffragandi iura impe-

1 rator felici auspicio instauraret, (d) Verba legi merentur, quibus ordines uoluntati regis Bohemiae, instauraturi pristinum  
2 in comitiis suffragium, responderunt. Commentaria rerum comitialium rem ita enarrant:

*Instrumenta  
Suffragii in-  
stauratio*

**Conclusum Commune beeder höherer Reichs-Collegiorum vom 30. Junii 1708.**

**N**achdem Ihre jetzt Glorwürdigst regierende Kayserl. Majestät sich allergnädigst geussert/ daß Sie den Ihre als König und Churfürsten in Böhmen gebührenden Sitz und Stimm im Churfürstl. Collegio zu Des selben und des H. Röm. Reichs mehrern Splendor und Besten / bey allen Ordinar- und Extraordinar-Zusammenkunften/ es seye auf Reichs-Deputations-Collegial-oder andern Täggen hinsüro wiederum einnehmen / bekleiden und verführen zu lassen/ allergnädigst gesinnet seyn; So ist beschloffen worden/ daß Ihrer Kayserl. Maj. zu allergnädigsten Belieben und frey zu stellen sey/ ob und wann Sie/ vermöge Dero habenden undisputirlichen Reichs und Befugniss/ ihren Böhmischen Sitz und Stimm/ durch eine eigene gnugsame bevollmächtigte Gesandtschaft/ bekleiden / und in allen Deliberationibus im Churfürstl. Collegio bey ordinari- und extraordinari-Zusammenkunften / Reichs-Deputations-Collegial-oder andern Täggen verführen / hingegen aber auch zu allen Reichs-und Crayß-Præstationibus & Oneribus publicis auch andern Anlagen für Nun/ wenigst einen Churfürstl. Anschlag und 300. Cammer Gülden zum Cammer-Gerichte (Ihren Privilegiis fori iedoch un-nachtheilig) übernehmen/ und in allen Anlagen bezahlen zu lassen/ wie weniger nicht allergnädigst geruhen möchten/ für Sich und Dero Böhmisches  
Ges



IPSE PRO ARBITRATU NUNC ITERUM OCCUPARE QUEAT  
 NULO ORDINUM GERMANIAE INTERCESSU.

§. VI.

Gesandten auf Wahl-Reichs-Crayß-Deputations-Collegial- und andern  
 Tügen/ auch Friedens- und dergleichen Conventen und Tractaten / wo ein  
 König in Böhmen als Churfürst oder Dero Gesandten / als Churfürstliche  
 in und ausser Reichs concurriren/ weder im Rang noch Ceremoniel vor an-  
 dern Churfürsten oder Churfürstl. Gesandten sich etwas voraus zu nehmen/  
 noch den geringsten Vorzug zu präcediren/ sondern in allem denen andern  
 Churfürsten oder dero Gesandten gleiches Tractament, Rang und Ceremo-  
 niel zu halten/ zu geben/ und hinwieder zu empfangen/ wie denn auch von Ih-  
 rer Kayserl. Majestät als König in Böhmen/ vor Dero Admision ad Col-  
 legium Electorale, Ihrer Chur-Fürstl. Gnad. zu Wäynß ein schriftlicher  
 Revers unter Dero allerhöchster Hand und Insigel dahin auszustellen und  
 zu extrahiren wäre/ daß Se. Kay. Maj. als König in Böhmen/ Sr. Chur-  
 Fürstl. Gnad. und Ihren Successoren an Ihrem Chur-Fürstenthum und  
 hohen Erz-Stift Wäynß/ weder ist noch in futurum zu ewigen Zeiten das  
 geringste Nachtheil so wenig in Dero Ihrem hohen Erz-Cancellariat com-  
 petirenden Reichs/ als im Churfürstl. Collegio führenden Directorio thun/  
 sich dessen nicht anmassen / darinnen einmischen/ oder Deroselben vor- oder  
 eingreifen/ noch daß es von denen Ihrigen geschehe/ gestatten/ oder auch  
 durch sich oder andere veranlassen wollen/ welchen Revers das gesamte Reich  
 zu mehrer Ihrer Chur-Fürstl. Gnad. und Dero Successoren am Churfür-  
 stenthum und hohen Erz-Stift Wäynß Versicherung durch eine absonderli-  
 che Assecuration oder Declaration in gewöhnlicher Reichsfertigung mit zu  
 agnosquiren/ zu beobachten / und dabey mit zu manuteniren hätte/ dagegen das  
 gesamte Reich hierdurch beschloffen / auch verbündlichst zugesagt und verspro-  
 chen/ Ihrer Kayserl. Majestät Cron und Königerich Böhheim samt allen  
 demselben incorporirten Landen/ in des Reichs Schutz/ Schirm und Prote-  
 ction zu nehmen/ und selbige/ wie andere Reichs-Länder/ bey sich ereignenden  
 und verhofften Nothfällen/ wider allen in- und auswärtigen unbilligen Ge-  
 walt/ Inhabts der Executions-Ordnung und andern heilsamen Reichs-  
 Satzungen/ kräftigst zu schützen.

Con-



§. VI. Id ergo nobis in hac arena agendum est, *Nexus &*  
*ut primo constet, suffragii quondam iure usos esse re-* *ordo dicen-*  
*ges* *dorum.*

### Conclusum Collegii Civitatis

vom 28. Junii 1708.

**N**achdem vorgekommen / was massen allerhöchstdemelte Jhr. Kayserl. Majestät allergnädigst declariret / Dero als König in Böhmen habend uhraltres Jus Voti & Sessionis in höchstbesagten Churfürstl. Collegio, bey allen vorfallenden extra- und ordinar-Reichs-Versammlungen / Deputations- und Collegial-Tagen / dem gesanten Heil. Röm. Reich zu fernern Wachsthum / wieder in höchsten Besiz zu nehmen. Als will man Dero selbst hierunter vor die allergütigste Erklärung den geziemenden allergehorsamsten Danck hiermit erstattet haben.

### Conclusum Collegii Electoralis

vom 7. Sept. 1708.

**D**ies im Churfürstl. Collegio vorkommen / das laut Inhalt des von Kayserl. Maj. ratificirten Reichs-Schlusses / in puncto der Böhmischen Readmission und Chur-Braunschweigische Introduction in das Churfürstl. Collegium die Cron Böhme den beliebten Nevers Ihrer Churfürstl. Gnad. und deren Herrn Successoren am Churfürstenthum und hohen Erz-Stift Maynz extradiren solle / dieser auch bereits ausgehändiget worden / und nur auf die in gedachtem ratificirten Concluso Imperii zu verrichten und auszustellen habende Reichs-Assecurations Acte oder Declaration über gedachten Chur-Böhmischen Nevers ankomme / dieses aber in förmliche Proposition und Deliberation gestellt; So ist nach der Sachen ferner reiffer Überlegung beschloffen worden / das folgende Assecurations-Acte oder Declaration Ihrer Churfürstl. Gnad. und Dero Herren Successoren am Churfürstenthum und hohen Erz-Stift Maynz / zu Ihrer allerseitig dormalig und künftighen mehrern Versicherung / Ihres höchsten Erz-Cancellariats, und davon dependirenden Reichs-Directorial Gerechtsamen / Eingangs gedachten Reichs-Schlusses zu Folge zu extradiren und unter dem Churfürstl. Maynz. dormalig gebräuchlichen Directorial-Zinnsiegel zu fertige / wie hernach folget:

Con-



ges Bohemiae: *deinde*, facta ab ejus exercitio intermissione, illo nec quicquā eos excidisse: *tum* confutentur

Reichs- = Affecurations-Acte  
oder Declaration.

Nachdem von Ihrer Kayserl. Majestät das Reichs-Gutachten vom 30. Junii/ jüngsthin in der Böhmischen Readmissions- und Chur- Braun- schweigischen Introductions- Sache ins Churfürstl. Collegium unterm 6ten Sept. lauffenden Jahres allergnädigst/ und dabey dieses nominetens in vim legis pragmaticæ mit ratificiret worden/ daß/ Krafft des von Ihrer Kayserl. Majestät als König und Churfürst zu Böhheim/ Ihrer Chur- Fürstl. Gnad. zu Wäynß/ der in dem obgedachten Reichs- Schluß angemerkte Königl. und Churfürstl. Böhheimische Revers unter Sr. Kayserl. Maj. allerhöchsten Hand und Inseigel extradiret worden/ die Cron Böhheim aber dadurch verbunden seyn solle/ Ihr. Churfürstl. Gnad. und ihren Herrn Successoren am Churfürstenthum und hohen Erz- Stifft Wäynß weder ist noch in futurum zu ewigen Zeiten das geringste Nachtheil/ so wenig in der Ihrem hohen Erz- Cancellariat allein competirenden Reichs- als im Chur- Fürstl. Collegio führenden Directorio zu thun/ sich dessen nicht anzumassen/ darein nicht zu mischen/ und Derofelben vor/ oder einzugreifen/ noch daß es von denen Ihrigen geschehe/ zu gestatten/ oder auch durch sich oder andere zu veranlassen/ und dann dieser Revers nun auch unterm dato Wien den 14. Monats- Tag Augusti obgedachten Jahres würcklich Sr. Churfürstl. Gnad. zu Wäynß in originali extradiret; Als haben der Chur- Fürsten/ Fürsten und Stände des Reichs anwesende Räte/ Botschafften und Gesandte/ Namens Ihrer Herren Principalen, Committenten und Obern/ hierauf nach Inhalt und in Krafft obangezogen- von Kayserl. Majestät allergnädigst/ ratificireten Reichs- Schluß zugesagt/ und auszustellen beschlossene Affecurations-Acte oder Declaration, zu mehrer Ihrer Churfürstl. Gnad. und Dero Herrn Successoren am Churfürstenthum und hohen Erz- Stifft Wäynß Versicherung/ obangezogenen König- und Churfürstl. Böhmischen extradirten Revers gleich von Ihrer Kayserl. Maj. bereits obbemeldter Massen per Decretum Cæsareum ratificatorium geschehen/ also nun auch von Reichswegen ver-  
starr



tur illa, quae huic doctrinae nocitura esse uidentur.  
DEI NUMEN ADSIT DICENDIS.

CAP.

standener maßen/ in allerbeständigst- und kräftigsten Form Rechtens solennissime hiermit mit agnosceiren und beobachten sollen und wollen/ auch Ihrer Churfürstl. Gnad. Dero Herren Successoren am Churfürstenthum und hohen Erzstift Wäyns/ darbey zu ieder Zeit kräftig mit zu manuteneiren sich verbunden/ und solle sothane in vim legis pragmaticæ von Kayserl. Maj. und dem Reich/ durch oberwehnten Reichs-Schluss erricht und in selbigen fundirte Declaration von dem Churfürstl. Wäynischen Reichs-Directorio unterm dem dormalig-gebräuchlichen Reichs-Directorial-Insel in duplo gefertiget/ denen Ständen des Reichs per dictaturam publicam communiciret/ das eine Original der Kayserl. höchst-ansehnlichen Commission auch zugesellt/ das andere aber ad Acta Imperii ad perpetuam rei memoriam zu deponiren verlangt worden / und dieses um Ihrer Churfürstl. Gnad. und Dero Herren Successoren am Churfürstenthum und hohen Erzstift Wäyns zu allen Zeiten/ in Ihren höchsten Erz-Cancellariats Gerechtfamen und davon dependirenden Reichs- und Churfürstl. Directorio in allen Orthen und Zusammenkünften desto besser außer allem Präjudiz und von Reichswegen sicher zu stellen: Worbey ferner beliebt und beschloffen worden/ daß diese Reichs-Affecurations-Acte oder Declaration Ihrer Kayserl. Majestät/ von Reichswegen mit dem allerunterthänigsten Ersuchen zu übergeben wäre/ Sie allergnädigst geruhen möchten/ darüber Dero Kayserl. Ratification zu mehrerer der Sachen/ Ihrer Churfürstl. Gnad. und deren Herren Successoren am Erzstift Versicherung allermitdest zu ertheilen.

Conclusum per Desser Reich/ den 7. Sept.

1708.

Als der von dem Chur-Wäynischen Directore verfassete Auffsatz der an Ihro Churfürstl. Gnad. zu Wäyns/ Vermöge von Kayserl. Maj. allergnädigst ratificirten Reichs-Schlusses/ vom 30. Junii nechsthin auszuhan



händigen versprochenen Reichs-Assecurations-Acte oder Declaration in dem Fürstl. Collegio verleser/ und seines Inhalts erwogen/ ist darfür gehalten und geschlossen worden/ daß man es Fürstl. Seits allerdings dabey bewenden und geschehen lassen könne/ daß demnachst die Böhmishe Refrequentation und Chur-Braunschweigische Introdaction in das Churfürstl. Collegium, ohne weitem Anstand vor sich gehe/ worbey jedoch auch die Communication des in erst-gemeldtem Auffsat angezogenen Königl. und Chur Böhmischen Meyers verlangt worden.

Conclusum beeder höherer Reichs-Collegiorum,

**A**ls in beeden höheren Reichs-Collegiis per totum mutatis mut. wie das Conclusum Collegii Electoralis.

Reichs-Städtisches Conclusum vom 7. Sept.

1708.

**N**achdem beeder höherer hochlöbl. Reichs-Collegiorum unterm heutigen dato beliebt/ und die in Böhmischer Chur Readmissions-Sache an Se. Churfürstl. Gnad. zu Wäynz und dero höchsten Herren Successoren am hohen Ehr- und Stiff von Reichs wegen auszustellende Assecurations-Acte betrefendes Gemeinfames Conclusum, nebst dem zugleich mit communicirten Project dicit documenti Assecurationis in dem Reichs-Städtischen Collegio in Deliberation gezogen/ und dann selbige am 30. Junii dieses Jahres erwichterem Reichs-Gutachten conform befunden worden; Als will man zu mehr höchst-bemeldt Sr. Churfürstl. Gnad. zu Wäynz und deren Herren Successoren Sicherheit von ermeldten Reichs-Städtischen Collegii wegen obvermerckt/ beeder hochlöbl. höherem Concluso hiermit vollkommen accediret haben.

Conclusum trium Collegiorum  
S. R. I.

**A**ls in allen dreyen Reichs-Collegiis vorkommen/ daß laut Inhalt des re. per totum mut. mut. wie in dem Concluso Collegii Electoralis, & add. post verba mit dem allerunterthänigstem Ersuchen/ re. Stylus Conclusi trium Collegiorum  
Kays



legiorum, wie hiermit beschiehet; Signatum Regensburg/ den 7. Sept.  
1708.

(L. S.)

Churf. Mäynz. Cansley.

*Diſcretum Ratisbona, d. 12. Sept. 1708.  
per Mogunt.*

**Käyserl. Commissions-Decret.**

**D**er Röm. Käyserl. Majestät/ unsers allergnädigsten Herrns/ Geheim-  
rath und bevollmächtigter Principal-Commissarius, bey noch wäh-  
rendem Reichs-Convent, der Hochwürdigst. Hochgebohrne Fürst und Herr/  
Herr Johann Philipp/ der Heil. Röm. Kirchen/ Tit. Scti Sylvestri Prie-  
ster/ Cardinal von Lamberg/ Bischoff/ und des Heil. Röm. Reichs Fürst  
zu Passau/ hat aus heut dato errichtet/ und Sr. Hochfürstl. Eminenz extra-  
dirt. Reichs-Concluso, die Occasione der Böhmischen Befugniß zu Fre-  
quentirung des Churfürstl. Collegii verlangte Assecuration, Ihrer Chur-  
fürstl. Gnad. zu Mäynz/ und Dero hohen Erzstift competirenden Reichs  
und Churfürstl. Collegial Directorii betreffend / mit mehrern eingenommen  
weisen der Churfürsten/ Fürsten und Stände des Reichs alhier versammlete  
vortrefliche Rärbe/ Botschaffter und Gesandte in Folge des den 30. Junii  
nechsthin in der Braunschweig-Hannoverschen Chur-Sache errichteten/ und  
von Ihrer Käyserl. Majest. allergnädigst approbirten Conclusi trium Colle-  
giorum sich darüber vereinbahret/ erkläret und verbündlich gemacht haben:  
Und sintemal Ihre Hochfürstl. Eminenz selbiges der Käyserl. allergnädig-  
sten Intention gemäs gefunden; Als wollen Dieselbe von Käyserl. Com-  
missions wegen/ Krafft habender Allergnädigsten Vollmacht in Allerhöch-  
sten Namen Sr. Käyserl. Majestät solch Reichs-Assecuratorium hiermit in  
bester Form und Maas approbiret/ ratificirt und bekräftiget haben. Und  
bleiben Ihre Hochfürstl. Eminenz vorernannt der Chur-Fürsten/ Fürsten  
und Stände des Reichs Rärben/ Botschafften und Gesandten mit freunds-  
lichem geneigt und gnädigem Willen/ wohlbeygethan. Signatum Regens-  
purg/ Den 7. Sept. 1708.

(L. S.) Johann Philipp/ Cardinal von Lamberg/  
Bischoff und Fürst zu Passau.



Königl. und Chur-Böhmischer Revers, die Sicher-  
stellung des Chur-Mäynzischen Reichs-  
Directorii betreffend.

**Wir JOSEPH** von Gottes Gnaden/ Erwehltet Römischer Käyser/  
zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ in Germanien/ zu Hungarn/ Bö-  
heim/ Dalmation/ Croatien und Sclavonien König/ Erz- Herzog zu Oester-  
reich/ Marggraff zu Mähren/ Herzog zu Lützenburg und Schlesien/ und  
Marggraff zu Lauffnitz &c. bekennen öffentlich: Demnach Wir den Uns als  
König zu Böhmen/ und des Heil. Römif. Reichs Churfürsten/ gebührenden  
Sitz und Stimm im Churfürstl. Collegio, zu dessen und des Heil. Römif.  
Reichs mehrern Splendeur und Besten bey allen Ordinari- und Extraordinari  
Zusammenkünfften/ es sey auf Reichs-Deputations Collegial- und andern  
Tagen/ hinfüro wiederum einzunehmen/ bekleiden und verführen zu lassen/  
und zu solchem Ende einen eigenen Gesandten nach Regensburg abzuschicken  
gnädigst gesinnet seyn: von Uns aber Unsers lieben Neven des Chur-Für-  
stens zu Mäynz Lbd. einige Versicherung verlangen/ daß solches Ihro und  
Ihren Nachfolgern am Erz-Stift Mäynz/ an Ihren Directorial-Rechten  
ohne Praejudiz und Nachtheil seyn solle; So haben Wir Dero selben hier  
unter um so viel lieber willfahren wollen/ als weil Sie bey sothanen Ihro un-  
strittig zukommenden Rechten ehender zu vertheidigen als im geringsten zu  
beeinträchtigen gemeinet seyn; Erklären solchemnach und versichern für Uns  
und Unsere Nachkommen im Königreich Böhmeim/ Er. Lbd. dem Chur-  
Fürsten von Mäynz hiernit und in Krafft dieses Brieffs/ daß Wir Dero  
selben und Ihren Successoren am Churfürstenthum und Erz-Stift Mäynz/  
weder iezo noch ins künfftige zu ewigen Zeiten/ das geringste Nachtheil so  
wenig in Dero Ihren Erz. Cancellariat allein competirenden Reichs/ als im  
Chur-Fürstl. Collegio führenden Directorio thun/ Uns dessen nicht anmassen/  
darinnen einmischen/ oder Dero selben vor- oder eingreifen/ noch daß es von  
denen Unsrigen geschehe/ gestatten/ oder auch durch Uns oder andere veran-  
lassen wollen; Zu Urkund dieses Brieffs besiegelt mit Unserm Käyser- und  
Königl. anhangenden größern Insiigel/ der geben ist in Unser Stadt Wien/  
den 14. Monats-Tag Augusti nach Christi Unsers lieben Herrn und Selig-  
ma-



## CAP. II.

SUFFRAGIIVONDAM IVRA BOHEMIAE RE-  
GEM IN COMITIIS S. R. I. HABVISSE,  
IDONEA ARGVMENTA.

## §. I.

**I**Vra haec a prima origine repetenda & aestimanda <sup>Argumenta.</sup>  
sunt. Principio quidem illud coniecturam facit; <sup>1) Bohemia</sup>  
fuisse Bohemos in ordinibus Germanici imperii; <sup>continetur</sup>  
quoniam Bohemia vetustissimis temporibus prouin- <sup>finibus Ger-</sup>  
ciis Germaniae fuit adnumerata (a); quod testibus <sup>maniae.</sup>  
sci-

machers Gnadenreichen Geburt im 1708. Unserer Reiche der Römischen im  
19ten/ des Ungarischen im 21. und des Böhmischen im 4ten Jahre.

JOSEPH.

(L.S.)

Wenceslaus Nobert Graf Kinski, Regis Bohemiae  
Supremus Cancellarius.

Johann Wenzel Graf Vratislaus  
ad Mandatum S. C. Regis Majestatis  
proprium

Maximilian Franz von Deblin.

Omnis Euro-  
pa est Ger-  
manica.

(a) Necquicquam Germa-  
niae uerbo illum hic tribuimus  
significatum, quo, ignorantia  
peregrinorum scriptorum, sep-  
tentrionalia quoque regna id

1 nomen acceperunt, quod legi-  
tur apud *PLINIVM lib. iv. hist.*  
*nat. c. 13. 14. TACIVVM de M.*  
2 *G. l. 45. &*, qui horum loca il-  
lustrarunt, *CLYVERIVM;*  
*PASTO-*



scimus geographis Graecis & Romanis (b). Eundem enim finem Germanis fuisse, qui ipsi fuerat Germaniae: id quidem firmiter credimus (c). Neque

PASTORIUM; GOLDASTUM; CELLARIUM aliosque recentiores. Neque etiam illa tempora intuemur adpellatione Germaniae, quibus Germanorum coloniae in partes Europae plerasque se effuderunt, ex quo Hispania Suevis; Africa Vandalis; Gallia Francis; Saxonibus Britanna; superior Italiae pars Longobardis cecit, qua ratione omnis Europamagna uelut Germania audire uidetur Marquardo EREHERO in praefat. ad ius Graeco-Romanum Leunclauii. Cursum moneo, adiuuare nos posse eius adpellationis rationes, quoniam exeunte seculo decimo septimo in quibusque Europae regnis, imperium fuit penes Germanos. Hispaniae enim Austriaci; tribus Britanniae regnis Nassouii; Daniae & Noruaegiae Oldenburgici; Sueciae Palatini; Poloniae Saxonic; & quas primum nomiuar debueram, Hungariae Bohemiaeque Austriaci sanguinis principes

1 imperarunt. Quo genere gloriae inde ab ortu huius uniuersi ad nostra usque tempora nullam unquam gentem floruisse, 2 est quidem manifestissimum.

(b) Non solum Germaniae <sup>Bohemiae</sup> partem dixerunt Bohemiam scrip- <sup>Pars Germaniae.</sup>tores; sed in medietate quoque Germaniae eandem reposituerunt. Loca ante nos con- gesserunt Welferus; Pirckhaymerus; Lazius; Goldastus; Balbinus; Cellarius alique ut meo opus esse industria non uideatur. Postulo enim haec a geographis, e quorum doctrinis, post colligo reorque, quod meae nunc est aetate.

(c) Lubet hic iudicium D. Differentiae PRAESIDIS exscribere ex eius <sup>inter limites</sup> dem INSTITVTIS FEVDORVM <sup>populi & terrarum.</sup> sect. 2. cap. 1. lit. d. p. 76. Cursum moneo frustra fere dissidia esse doctorum in descriptione finium nostrae Germaniae. Nunc enim Germaniae gentes se in alterius ditianem effuderunt iterumque inde deiectae ac depulsae sunt: ut fieri non potuerit, eosdem omni

tem



Neque ab hac sententia utriusque nos, dimouet discrimen, quod alii se putant cogitando inuenisse (d)

§. 2. Deinde illud non minus est clarū, quāuis in co- b) Bohemiae in co- lae Bohemiae diuersis temporibus fuerint diuersissimi miae in co- (e) omnes tamen iuris fuisse Germanici (f). De folis lae Germani- Vene- ni.

tempore fines, illis fuisse. Hic enim egomet mecum calculum non do, qui tum inter limites populi & territorii distinguere malant, quam in patriae finibus uariare. Arcifinia enim alia nescit ius publicum, quam ubi exit unius incipitque alterius ditio & imperium: ut mirum non sit, illa cum hoc dilatarī iterumque adduci. Naturalia arcifinia somniis delirantium sunt accensenda. Quis enim Deus unquam orbem partitus est inter populos: aut ubi legera alicui genē dedit, ut se in finibus contineret, pro ut montes, ualles, fluuī illos, distinxissent. Quod si ergo alterutrum constat: Bohemiam Germaniae partem esse; illud etiam clarum est; Bohemos esse populos Germanicos.

(d) Ita iuris publici quidam sedit doctor celeberrimus & de hoc studii genere meritissimus, cuius hic quidem castra relinquenda esse, existimamus.

(e) Scriptoribus Romanis ac-

que ac Germanicis testatissimum hemiae die est: primos Bohemiae incolas uerf.

HERMIONES celebrari; tum Boios, unde Boio, hemia nomen acceperit; MARCOMANNOS post, qui illos subiegerint; demum VENEDOS uel SLAVOS, hodieque in illis oris superstitēs. Quo ego sine laudarem ueteres, cum longa illos serie conduxerint GOLDASTVS & BALBINVS.

(f) Non sub imperio quondam unius stetit Germania. Igitur illo intuitu Bohemia Germanici iuris dici nequit, quod regi paruērit cum Germanis eisdem. Verum enim uero id traditur scriptoribus coaetuis; non solum Bohemiam Germaniae partem fecisse, quod principio demonstrauius: sed etiam Bohemiae gentes adscriptas fuisse Germanis. De Hermionibus consuli potest PLINIVS lib. 4. c. 14. de Boiis ueteres tradunt, quod e Gallia in Hereynium tractum emigrauerint tri-

Nam omnes fuerint iuris Germanici

Hermiones.

Boi,

616

nis. Germania

uentia limites di & sero.

Statuitur ab aliquo,

Isidoro Es.



Venedis seu Slavis maximopere dubitant nostri ac superioris aevi Icti (h). Verum neque hosce ciuium nostrorum albo expungendos esse, praelia docent, uictoriaeque Germanorum, a Venedis reportatae, quibus factum est, ut, qui Bohemiam, utpote Germaniae pro-

buerintque eidem nomen der Boyen-Heimath; sed, nouo instituto, uir illustris, *COCCEIUS* in prolegom. iur. publ. p. 11. §. 17. natales eorum tribuit adferitque Germaniae, quod facilius est credere, quam demonstrare ex testimoniis coaeuorum scriptorum. Quicquid sit, id satis est; Boios tum etiam, cum Bohemiam colerent, ita cum populis Germanis coaluisse, ut una cum illis gens uideretur geographis atque ipsi ciuitatis se esse Germanicae agnoscerent profiterenturque. Quod nostrae factis est arenae. Minus dubii est de MARCOMANNIS, qui Rheno Danubioque uicinis sedibus relictis, Bohemiam inuaserunt, eamque, Boiis exactis, suae ditionis reddiderunt; de qua historia scribit *PATERCVLVVS* lib. 2. cap. 108. & plene prolixique nostri aevi annales, qui ueterum loca conferunt & explanant.

Marcomanni.

(h) Scilicet ut Hermiones *Quid de Venedi; nullo Bohemiae noui simili*  
 Boii; Boiios Marcomanni: ita Marcomannos Venedi seu Slau Bohemiae regno eiecerunt. Multum disputatur de origine eorundem. Mihi sententia illorum probatur, qui repetunt eandem ex Asia, proma condam omnium populorum. Inde enim ingenti numero egressi, post Poloniam, Marchiam hisque uicinas regiones, etiam Bohemiam inuaserunt eamque suae reddiderunt potestatis. Disputant haec respondentque RHENANUS; AVENTINUS; PENTINGERVS; PIRCKHELMERS; CLVVERVS; LAZIVS; GVAGNI-NVS; PASTORIVS; SCHVRZLEISCHIVS alique cum ex instituto; tum in rebus Sarmaticis; Polonicis; Marchicis; Boicis & Germanicis uniuersim. Parum ad nos hae lites. Qui omnino agnoscimus, VENEDOS aut, quod eis nomen recentius est, SLAVOS gentem fuisse peregrinam



provinciam colerent, etiam ciuitati Germanicae adscriberentur (i).

§. III. Quamuis uero ad suffragia, Bohemico re-<sup>III) Bohemi</sup> gno in comitiis adstruenda hoc quidem sufficere que-<sup>Systemati</sup> at: & populum Bohemiae Germanicum fuisse pro-<sup>Germani-</sup> uinciamque, cum certissimus sim, ab his tantum rati-<sup>caae ciuita-</sup> onibus ista iura unice pependisse (k): cum tamen cla-<sup>tis adscripti</sup> riora sunt;

grinam atque alienam profus a Germanica ciuitate: ex quo rerum potiti sunt in Bohemia. Quod siue quinto seculo post Christum natum contigerit: siue, quod plurimi uolunt, sexto; nostra parum refert. Arguunt enim e populi peregrinitate metamorphosin & in Venedicam siue Slaucam reipublicae, quae eousque Germanica fuerit, conuersionem.

(i) Recte atque ad rei ipsius rationes GOLDASTVS lib. I. c. 1. §. 4. scribit: *Conditio Slaucorum in Bohemia & Morauia alia longe est, quam genibus & loco ortuq; peregrinis. Hi enim facta in Germaniae prouinciam, Bohemiae pagum, irruptione, quum eandem sibi per uim occupassent, a Germanis bello petiis; aut solo usurpato cedere aut se suaque omnia imperio Germanico dedere iubebantur. Impares tantae*

1 potentiae Germanorum, alterum elegerunt, supplicesque facti, non gratiam modo: sed & ius ciuitatis Germanicae impetrarunt. Ut  
2 & subditis uti frui liceret priuilegiis ciuium Germanorum & eorum principes regna atque ducatus in beneficium iure feudali  
3 & clientelari reciperent omnibusque ac singulis principum Germanorum iuribus ac priuilegiis, qua sacris, qua profanis, in uniuerso imperio Germanico,  
4 non secus ac si origine Germani essent, gauderent. Summatim Sclau, Bohemiae incolae, cum territorio Germanico etiam ius  
5 acceperunt Germanicae ciuitatis; ut iam nunc non tantum solo; sed etiam populo Germanico adscripti esse, uiderentur.  
6 Atque hoc est, quod plurimorum argumentorum testimoniorumque fide contuebimur.

(k) Illud ego quidem pro <sup>Omnes Ger-</sup> certo <sup>mani in so,</sup>

Non minus facti ciuitatis Germanicae.



*1) Sub Caro-  
lingis.*

riora argumenta superfint, unde, quod quaerimus, re ipsa patet, in illis potissimum uersabitur sententiae nostrae robur. Carolingica quidem tempora nostrae, quam habemus, reipublicae minus respondent (1): cursim tamen moneo, etiam tum Bohemiae cultores, Slauos imperio Germanico addictos fuisse: arctiori

*ueritate sunt  
Imperii Ger-  
manici &*

certo habeo; omnes Germaniae populos suffragiorum iure gaudere in comitiis imperii. Fuit enim hoc praecipui iure relictum Germanis; ut in regni quadam essent societate. Peregrinis gentibus, si in comitiis locus est assignatus, priuilegio id factum est, praeter ordinem rationesque patriae reipublicae. Contra, qui e numero Germanicorum principum in iisdem sunt desiderati; illi uel sponte declinarunt conuentus Germanorum uel immunitate donati sunt, quo minus in illis comparere tenerentur.

*Quid aeuo  
Carolingico?*

(1) Doctrina Dn. Praefidis est, quam meo non minus calculo adprobo: formam reipublicae nostrae, in qua nunc agimus Germani, prorsus nihil commune habet eum aeuo Carolingorum. Patet hoc imprimis ex iure comitorum. Illo enim tempore Francicae, id est, Rhe- no & Aquisgranensi ciuitati ui-

1 cinae prouinciae comitia tantummodo constituerunt: reliquis Germaniae populis ab imperii negotiis uel prorsus exclusis uel ad illa ex singulari admissis causa beneficioque. Contra, stirpe Carolingica extincta, omnes Germaniae prouinciae eiusdem iuris factae sunt: ut, 2 quotquot deinde in societatem communis imperii Cunrado primo rege coirent, tot etiam locum haberent in Germanicis 3 comitiis, idque sine ulla unius populi prae altero eminentia aut praerogatiua. Franci enim 4 primaria gens quondam fuerant sub Carolingis; non uero post, ubi illis nihil praecipui relictum est, quam honor archifolii Aquisgranensis. Quamuis etiam huic plurimum de pristina dignitate decesserit, cum imperatores Saxonicus in finibus sui territorii agere mallent; quam in illo Francicae medietullio. Et 5 6 nisi



ori quidem nexu, Carolo magno imperante (m); la-  
xiori autem sub eius posteris successoribus, Franciae  
monar-

nisi proflus fallor, parum ab-  
fuit, quin Saxonicae stirpis im-  
peratores omnem Franciae  
gentis honorem in Saxones de-  
ferrent, sanguine non solum re-  
gali ibidem florente, sed etiam  
palatio Augusti fere adfixo Gos-  
lariae. Veruntamen idem de-  
crous eademque facultas omni-  
bus Germaniae populis ex illo  
tempore facta est. Unde hodie-  
que Circulis Germaniae paritas  
honoris, ut neutra alteram vin-  
cat loco, ordine, amplitudine-  
que. Quae omnia ubi Bohemi-  
cis congruant aduersenturque,  
suo loco commemorabimus.

(m) Carolus M. primus fuit,  
qui Germaniae omnes populos  
redegit sub potestatem unius.  
Antea enim uix perpetuo quo-  
dam foedere illi coaluerant,  
tantum abest, ut uni imperio  
fuerint adscripti. Quoties ue-  
ro bellum oriebatur, quod om-  
nibus pericula minaretur: to-  
ties conglobatis uiribus hosti  
suo obtuiam sunt facti, sub im-  
perio ducis unius, qui omni e-  
xercitui praeeslet. Atque in

1 hac Germanorum societate of-  
fendimus in scriptoribus Ro-  
manis, *Hermiones, Boios, Mar-*  
*comannos*, incolas Boiohemiae,  
2 supra laudatos, ante Caroli ma-  
gni monarchiam. *Venedis*  
principio alia uoluntas fuit, qui,  
licet Boemicam Germaniae  
provinciam incolerent: Germa-  
nis tamen studia, arma, uiresque  
3 suas obiecerunt prouinciisque  
eorum inhiarunt, tantum abest,  
ut iisdem cum illis ullo tempore  
conueniret. Verum Carolus  
4 M. eo etiam fine adortus est Ve-  
nedos, ut in ordinem illos redi-  
geret adscriberetque iterum  
Germaniae, unde secesserant.  
5 Respondit consilio euentus. Ita  
enim Slaui seu Venedi iterum  
facti sunt ditionis Germanicae.  
Clarus atque idoneus eius rei  
6 testis est *EGINHARDUS* his  
quidem uerbis: *Omnes barba-*  
*ras nationes, quae inter Rhenum*  
*& Visulam fluuios Oceanumque*  
*& Danubium possitae, lingua*  
*quidem pene similes, moribus ue-*  
*ro atque habitu ualde dissimiles,*  
*Germaniam incolunt, perdo-*  
*mit;*

C 2

Bohemii tem-  
pore Carolin-  
gorum Ger-  
manicae ci-  
uitatis







Carolingos. Quo tempore nostra non tantum republica nouam formam accepit (q): sed etiam omnibus populis Germaniae comitiarum iura contributa sunt (r); ut nunc demum maxime e re sit, intellexisse, quo loco habiti fuerint Bohemi.

§. V. Carolingica stirpe, quae Germaniae populos primo sub iugum miserat unius imperii, sub eodemque adhuc continuerat (s), anno 912. exarscente: iam nunc omnes sui iterum iuris facti sunt, ut, qui ante unum imperium effecerant uniuersi, nunc

se existimo; Bohemiae ducum morem gessisse Francico regi, primo eius nominis Cunrado. Quod nostrae nunc non est arenae.

(q) Sunt haec prolixiora nostro instituto. Plenius doctrinam hanc explicauit firmavitque *Dn. Praef.* argumentis in libris *de iure adlegandi* inque *libello, Germanice* scriptis editisque eodem auctore atque tandem *in Germaniae principis praefatione* admodum singulari. Dicit enim nequit, quam peruersae ac corruptae sint aliter docentium rationes & quantis illae patriam nostram exponant discrimibus. Difficulus tamen componitur haec lites, ob partium studia, quae plures hodieque agunt in

1 transierum. Quae tamen ex aduerso alio contendunt, illa plene planeque e medio tolluntur *in iure publico diplomatico*, cuius potissima momenta in schedis suis congeffit *dn. praefes* quem partum omnino desiderare debent omnes ueroris iurisprudentiae studiosi.

(r) Iam iam monui: Francos fere solos quondam fuisse in societate imperii Carolingorum. Sed, his extinctis, omnibus Germaniae populis is honor & locus delatus est: ut Germanici imperii comitia in tot curiis adparerent, in quot Germania populos fuerat diuisa. Bohemos etiam in illis egisse, id quidem occurret inferius.

(s) Admonitione hic opus est, *Sub Carolingis*

C 3

Ratio ad  
na obfer

Forma rei-  
publ. Ger-  
man. non  
petenda a  
Carolingis.

onfernd.



nunc singuli singulas respublicas constituerent sigillatim: utpote FRANCICAM; SVEVICAM; BOICAM; THVRINGICAM; SAXONICAM & VENEDAM, in qua & fuerant BOHEMI. Vitio itaque his dari nequit, quod reges eorum supremam sibi arrogauerint potestatem ualedixerintque tum ceteris Germanis (t); a quorum nexu mors Ludouici infantis soluerat eosdem non minus atque liberauerat.

*In quibus  
Bohemiae  
principes*

§. VI. Tantum animi acceperat haec rerum conuerfione Venedi & horum prima gens, Bohemi: ut iam

*gis Germania  
belli iure sub  
imperio suo  
tutarius.*

est, nec quicquam historiae eius aliqua probatione. Armis & belli iure redacta fuerat Germania sub imperium unius, quae antea dispersa fuerat in plures respublicas. Ita enim Clodoueus SVEVOS; Theodoricus THVRINGOS; Carolus M. BOIOS; SAXONES; VENEDOS seu slauos ui armorum subiugarunt. Victorum itaque posteriq; quamdiu uixerunt; tam diu etiam uinculum perdurauerat, ad quod fides adstricta fuerat gentium deuictarum. Victrice autem stirpe extincta, illud quoque disruptum fuerat ac dissolutum, ut in partes irent singulares ac pristinas, quae per idem eosque uixerunt coniunctae. Quod in patriae rebus

eo clarius est, quo notum magis illud imperii instrumentum; quo filii Ludouici pii autum imperium ita diuiserunt, ut partes aeterno iure inuicem manerent seiunctae. Ex quo tempore Francorum iura, si quae illis fuissent in prouincias Germaniae, nouiter a regibus illorum acquisitas, prorsus sublata atque perdita sunt, ut iuris ea petendi aut recuperandi omni momento fuerint destituti.

(t) Errore labuntur, plurimisque Bohemiae rex post Carolingos se inculantque perfidiae; eo, quod, post tempora Ludouici infantis, nuntium miserint Germanis, a quorum imperio ipso tum iure fuerant liberati. Principio enim

prac-



iam ceteris quoque Germanis inhiarent exitia quae <sup>reducti fu-</sup>   
 minarentur, crederentque fore, ut pleraque illis Ger- <sup>erunt ad</sup>   
 mania cederet, quamprimum bello eandem essent <sup>Germani-</sup>   
 impeturi (u). Praeuenire autem haec, quam <sup>cum impe-</sup>   
 pectare maluit Henricus, aiceps cognomento. Ne- <sup>rius,</sup>   
 que enim alia causa est, quare, rex Germaniae factus,   
 cum Germaniae iterum populi in communem eius-   
 dem imperii societatem conuissent (x), in Venedos ex-   
 pedi-

praeceptio est & rationi con-   
 grua & auctoritati ita sentienti-   
 um: quod, stirpe imperantis   
 extincta, rerum summa redeat   
 ad rem publicam. Quem euen-   
 tum, Carolingis in Germania   
 emortuis, uidit habuitque cum   
 aliis Germaniae prouinciis Bo-   
 hemia. Deinde ius, quod sibi   
 quis sumit, id quoque ut alteri   
 largiatur, necessum est. Ve-   
 rum omnes Germaniae populi,   
 Carolingis extinctis, libertatem   
 sibi adrogarant, constitutis hoc   
 sine dominis singularium terri-   
 toriorum. Quidni igitur idem   
 fas fuerit populo aut, qui huius   
 uices gessit, duci Bohemiae.   
 Nam aliae prouinciae regibus   
 Germaniae absque principe in-   
 termedio paruerunt: Bohemia   
 autem rege suo fuerat instructa,   
 in quem potestatem transfere-   
 rat, ne is eandem a Caesare im-

1 perioque accepisse, uideretur.

(u) Nisi omnia me fallunt,   
 pro certo habeo, uix aliam cau-   
 sam fuisse, quare Germania, in-   
 2 particulares res publicas distin-   
 cta seiunctaque, iterum coiret et   
 constitueretque regem, cui pa-   
 3 rerenent uniuersi, quam pericula,   
 ab inuasionem Venedorum &   
 Hungarorum metuenda, quibus   
 alias facile fuisset, ad oppri-   
 4 mendum singulos, nisi coniun-   
 ctis studiis utriusque hosti uires   
 uniuersi opposuissent. Tan-   
 tum ergo abest, ut Bohemi post   
 Carolingos Germaniae morem   
 gesserint: ut potius ipsi spe de-   
 uorauerint pleraque Germa-   
 niae.

(x) Systema quinque pro- <sup>Systema rei-</sup>   
 uinciarum Germaniae pactitum <sup>publicae Ger-</sup>   
 6 est, nulla iuris necessitate con- <sup>manicae pa-</sup>   
 stitutum: sed liberrimo prin- <sup>titium est</sup>   
 cipum arbitratu idque tantum



*Formula Bohemiae.* petitionem fecerit Bohemiaeque gentem eo mox adduxerit; ut Germanis fidem iuraret ferretque tributa; ab illis autem indigenatu donaretur iureque Germanicae civitatis (y).

*Bellis subinde lapsis.*

§. VII. Haec FORMVLA est, ad quam exigenda sunt bella diffidiaeque, quae inter Bohemos Germanosque inde ad nostram usque aetatem intercesserunt. Tantum enim abest, ut Germani ullo unquam tempore

dere-

extrationibus consilii. FRANCENIM Rhenenses habuerunt, quod a vicinis sibi Gallis metuerent; quo etiam terrore percussifuerant suevi, iuribus longe illis inferiores. Hergo inprimis eo inclinarunt, ut reipublicae, quae communem patriam haberent, in uno iterum systemate unirentur. SAXONIBVS & THVRINGIS maiores vires; sed tamen utrique maiora etiam pericula, quae faceflebant vicinae gentes VENEDORVM. Hi enim omnem animum exuerant, redeundi ad Germanicum imperium. Franciae itaque electrici reliquae tres provinciae facilius accesserunt; quoniam Saxonum & Thuringorum duciente oblatum fuerat imperium, quam ex Francica gente denominaretur Cunradus. BOIIS principio alius animus aliudque consilium. Horum enim di-

1 tio ut latissime per Austriae atque huic innexas provincias patuit, in Hungariam usque prolata: sic illis visum est, optimum 2 suae reipublicae fore, si ipsi regem haberent, qui in illis ageret nulloque nexu addictus uiuere reliquae Germaniae. Vi itaque is adducendus fuerat, quam 3 tamen non expectauit. Cum eius Henricus auceps FORMAM 4 ederet IVRIS PVBLICI Germanici, qua quisque princeps sui territorii dominus permaneret, quamvis fidem dedisset Germanico imperio; Boius etiam nouo systemati accessit, utiam 5 nunc post VENEDOS BOHEMOSQUE non alius superesse uideretur. Haec principia sunt 6 nostrae reipublicae, ueritati congrua & rationibus pragmaticarum sanctionum.

(y) Henricus auceps FRANCIAE; SAXONIA; THVRINGIA; iure reducta SVE-



dereliquerint Bohemos, ne quidem stirpe Saxonicorum Caesarum extincta, ut potius singuli id egerint imperatores, quo firmiter in obsequio illos retinerent(z); claro argumento, Bohemiam ex hoc tempore non regibus Germaniae, sed Germanico regno

Si ad Systema respiciatur Germaniae?

SVEVIA; BAVARIAQVE sub imperium recepta, id sibi agendum esse, censuit; ut VENEDORVM quoque principatus Germaniae redderentur idq; eo maiori studio contendit, quo truculentiora pericula essent, quae illi barbari populi Germanis minari viderentur. Bellis responderunt prosperi rerum euentus. Nam Venedis Brandenburgicis ipse principem dedit Geronem: Boemorum vero ducem subegit subactumque in fidem recepit, Germaniae per omne imperium adprobendam, atque ad ferenda tributa ipsam obstrinxit. Ut verissimum sit, duas Venedorum respublicas cessisse in potestatem Germanici imperii. Testes horum euentuum atque patetorum sunt *Wittekindus, Suedensis; Urspergensis*, laudati atque exscripti iunioribus. Addit *GOLDASTVS lib. 2. c. 3. §. 7. p. 123.* utinam ex luculento testimonio veterum: *Huc redit*

1 *summa; Bohemos sub imperium Germanum subiunctos fidelitate ab eis exacta & tributo annuo imposito: eorumque ducem*  
2 *Wenceslaum, inter principes imperii Germanici allectum, eodem iure iisdemque privilegiis, quibus Franci; Bauari; Sueni; Saxones; Brandenburgici utuntur fruunturque.* Sed id quidem altioris indaginis est, quod locum meretur singularem.

4 (z) Vix unius Caesaris res gestas legeris inde ab Henrico auctore, augusto Bohemorum recuperatore usque ad Caroli IV aetatem, qui cum Bohemiae regibus non aliqua, imperii ergo, habuerit diffidia. Sed haec qui enumerauero in epitome?  
5 & quo fine, cum *HEIMINSFELDIUS lib. 2. cap. 2. 3. 4. 6. 7. 8.* hanc spartam pridem occupauerit. Dicis? quae materia bel-  
6 lorum, toties ac diuersimode re-  
7 petitorum idque spatio lapsuque

D

quin-

*Omnibus Germ. regibus negotiis succurrit.*

emiquo  
e redacta



regno addictam innexamque fuisse uinculo aeternum duraturo.

*IV) Bohemi  
comitorum  
suffragato-  
res.*

§. VIII. Non uero de iuribus tantum constat suffragii Bohemiae regis in conuentibus S. R. I. fed etiam

*Causae defe-  
ctionis Bohemorum sum-  
matim.*

quingentorum annorum. Sunt qui naturam ferocissimam gentis inculant, quae omni tempore studia amauerit rerum nouarum. Sit uero ita; quod ipsos etiam reges id permouerit, ut illi Germanos in Bohemia a magno numero uocarent, quorum exemplo Venedi, incolae mansuetiores fierent mitigarenturque. Non uero occasiones negligendae sunt, quibus ad arma aduersus Germaniam sumenda, illi fuere excitati. *Scilicet* uti principum negotia magis ex consilii rationibus pendent, quam itris aut aequi rigore: ita Bohemiae reges maiestatem Germanici imperii multoties spreuerunt, quod non viderent, ubi illis opus esse posset eiusdem tutela. Id enim roboris ac diuitiarum fastigium tenet Bohemia, ut sua sorte acquiescere possit, uix indiga opis alienae. Inprimis haec causa isto aetuo se exeruit, quo Morauia Silesiaque eidem accessit, auctibus prorsus inuidendis. *Deinde* cum Ger-

1 Falso imprudenterque. Si enim  
diploma regale, a Caesare acce-  
ptum, eius reddit clientem uasal-  
lumque, quis auctor esse uolue-  
rit principi, cum suprema pote-  
state instructo, ad id petendum?  
2 E quae Caesaris praerogati-  
ua? si hoc tantum honore au-  
gere potest uasallos. Et sa-  
ne uerbis hic opus non est, quo-  
niam CYPRI & ARMENIAE prin-  
cipes nouissime ab Henrico sex-  
to Caesare regale nomen hono-  
remque capessuerunt, quos ta-  
men nemo uel somnians dixerit  
imperii uasallos. Testes hu-  
ius rei coaeuos laudauit *D. praes-*  
*ses de iure reges adpellandi, Cae-*  
*saribus tributo cap. 2. §. 5. p. 98.*  
*99. 100.* Breuiter REGIS uox uel  
in sensu iuris *naturalis* accipi-  
tur uel iuris *gentium* uel denique  
iuris *ecclesiastici.* *Primo* signi-  
ficatu rex est, qui *suprema* po-  
testate gaudet in republica: al-  
terò, qui *symbola & nomina* re-  
galia

Quis Caesar  
reges adpel-  
lat, non sub-  
sunt imperio?

Errores Gol-  
dasti & Con-  
ringii.



g) *Leges a  
Magdebur-  
gico tribu-  
nali.*

iure Magdeburgico usi fuerint Bohemi (u), eosdem etiam Germanicae fuisse ciuitatis. Imo nescio quod palatium regale somniando per quietem uident, huius argumenti patroni: quos nugacissimus tenebrio fetel-

galia suscepit uel suo arbitrato uel cum auctoritate imperatoris Romani: *tertio*, qui, *sacrae unionis* remedio, Dei numen accepit ad populum regendum. Atque extremum hunc modum plures ICI superstitionis accusant, ex alienis oleis, republica Iudaica repetitae. Nobis satis est, tergemino sensu Bohemiae regem diadema ferre: quamuis inde non consequatur clientela, qua adscripti sunt Germaniae.

*Bohemiae R.  
qui steterit  
inre Saxónico  
Magdeb.  
Somnia Col-  
dasti & qui  
eum sequun-  
tur.*

(u) Tironibus medii aevi notum est, quod *Poloni, Porussi, Lithuani, Bohemi, Silesii, Morauique* uixerint steterintque iuribus Saxonis sententiisque *Halensis & Magdeburgici* iudiciorum. Suauiter itaque somniant ICI, Caesarum haec *palatia* fuisse, unde leges peterent populi orientales, Germanico imperio adscripti. Inde est, quod utramque olim ciuitatem Caesaream fuisse existiment, stultissimoque errore adfirmant; Burgrauium Magdeburgicum

1 Caesaris hic uices obiisse. *GOL-  
DASTVS* non tam ignorantia ueri peccauit *lib. 4. c. 13.* quam hoc quidem partium studio, ut  
2 Bohemiae regem subiectum haberet curiae Germanicae. Verum eruditissimi scriptoris paradoxo decepti sunt huius aevi  
3 doctores, ut nauseat stomachus ineptissimas eorundem opiniones refellendo & confutando recentere. Harum negiarum primus est praeco nugator ille Saxonicus iuris, tenebriocosus speculator. Cuius sententiam cum plures alii exserpserint, ego noua  
4 uerba ex codice dabo, qui in bibliotheca *dn. praesidis* in scitu reperitur. Est autem eius initium hoc: *titulus I. conclusiones codicis*  
5 *legum hic incipiunt.* *Diß Buch* istt eyn Buch des rechten yn *Wichsde yn Sechsisch* art also ys *Meideburg* gebruechet und  
6 dy von *Halle ire* Boluort do nemen und dy von *Lypz Eyn Halle* und darnach viel stete in der *Marggrauenschafft* esu *Wysen*  
7 ire

*Verba e  
no codi  
msto  
qui in  
Saxonis*

*Verba nescio*



tefellit, auctor speculi Saxonici. De imperii vicaria-<sup>b) imperii</sup>  
tibus <sup>vicariatus</sup>

Verba ex 112.  
no codice  
infecto anti-  
qui iuris  
Saxonici.

ire Volutort dis rechtin nemen  
ezu Lypzk. Also weme des rech-  
ten bruch wurde / das man  
den Volczug hette von Lypzk  
Kegin Halle; von Halle Kegin  
Meydeburg. Nun habin dy  
von Meydeburg und dy Sach-  
sen mit der Wysgisten rate yn  
den Landen Landrecht und  
Wye bilde recht und Lehnrecht  
mit der Keyser Kór und willen  
ersatz. Des wir hy ym Lande  
dy von Polen; dy von Behe-  
men; dy Marg von Brande-  
burg; alle Sachsenlant alle  
Herzogen Lant/ alle Vestua-  
len/ Turingin und dis Rynes-  
strom von deme Lande ume biz  
an dy wilde See. Doch habin  
yn dem Lande vil stete sonder-  
liche gewonhete / dy man yn  
gemynen Rechten nicht pfleget  
ezu haltyn. Doch habyn sy  
es noch ir selber loer. Nun  
wisse ein iczlich weyse Kluge  
man: das dis Buch ist gezo-  
gen und gesichert us Keyserli-  
chen Büchern (haud dubie iure  
Romano, quod etiam exempla  
produunt) us dem Lanrechte  
Spigels der Sachsen und Wie-

1 bilde Büchern und us geistli-  
chen Büchern (iure canonico)  
und Lehenrechtis Büchern/das  
unstrafflich ist und ydermann  
2 uf geburwen mag. Weene  
was dy alden ezu Vorbürgen  
yn ihren recht Büchern (iuris-  
prudencia Germanorum folia  
3 Sibyllina) gesatz habin und ezu  
furtz / das richtet dis Buch nil  
kuntlicher ezu vornemen  
menschlicher Vernunft. Nu  
4 wol alle den dy dy Schrifft wol  
vornemen im rechten an yntrag  
und uidersaez des rechtin: dy  
synt selig uer Gote. Doch ist  
5 ir leider kleyn / dy dy Schrifft  
am rechtin ganz vornemen und  
sy nicht vorkeren yn unrecht.  
Nu nil ich gerne hy ezu keren  
mit Hulse unsers liben Herren  
6 Jesu Cristi. Wen ane syne  
Hulse und ane syne Gotliche  
Gnade mag ich des nicht ge-  
7 tun / noch uolbringen. Und  
nil noch den buchern dis rechten  
rechtlichen luten; das cyn ic-  
8 lich eynveldig man vornemen  
mag ane aller gedrang und ge-  
zwang / wy der heylige sanctus  
Gregorius (caue uirgulam do-  
stor)



gaudeat Bohemus. **tibus Ictorum disputationes ambiguae sunt. Bohemiae**

etor) und andere hylige Lerere/ dy Gottlich recht insakt habin/ da alle weltliche Recht sint usgezogen. Bilem non moueant uerba nugacissimi hominis, doctoris iurium Saxonico- rum, quae hoc sine recitatur, ut lector ipsemet coniecturam sumat aetatis, iudicii, litterarum. Sed a diuerticulo inuiam. *Principio* falsum est uel Halae uel Magdeburgi Caesarem palatium suum habuisse; quoniam *Goslaria, Alstediumque* scriptoribus mediæ aevi hoc solum nomine laudantur. *Deinde* inde ab Ottonum temporibus ex indubiis innumerisque monumentis non tam per secula omnia, quam per singula fere lustra constat, utramque ciuitatem, maxime autem Hallensem perpetuo archiepiscopis paruifese atque egisse in numero oppidorum huius provinciae. Solum impudens animus negauerit, qui hoc in dubium uoluerit uocare. *Tum* ius iudicii & legum ferendarum principio conditi archiepiscopatus, largitus est Otto primus archiepisco-

Quo iure  
Magdeburgi-  
cas LL. olim  
habuerat Bo-  
hemia?  
a) confutatio  
errorum.

po; quae ipse iura constanter tutus est exercuitque, ut locus hic esse Caesaris non potuerit auctoritati. *Practerea* ipsorum iurium administratorem aluit Burggrauium archiepiscopus, in cuius ipse clientela fuit, ut manifestum errorem errent, qui eundem in numero habent principum imperii, quorsum legi potest Dn. *praeses in re monetaria Germanorum mediæ aevi c. 17. p. 265. Ad extremum* cum omnes ad unius Saxonici speculatoris, hominis bardi, stupidi atque infimae fortis prouocent auctoritatem, uix operae pretium est, confutationi nugarum immorari. Appulit animum *D. praeses* ad librum ex instituto scribendum *denenii speculi Saxonicæ, codicis legum nugacissimi.* Qui autem factum esse, dices, Bohemos ufos fuisse iure Magdeburgico. Repono. Bohemis, barbarae quondam genti, uel nullae leges uel paganismo infectae. Ex quo itaque Christo illi nomen dederunt, leges petiere a Germanis & mox figillatim ab archiepiscopis Magdeburg-

b) uerba  
sententiae  
positio.



miae regem eo a Caesare instructum esse (x), certum est. Quae inde uis nostro argumento accedat, in margine explicauit. Camerae iudicium subire Bo-<sup>i</sup> iudicio he-

burgicis cum ob uicinitatem, tum ob celebritatem urbis atque singularem denique iustitiae & aequitatis rationem. Voluntatis itaque & arbitrii idque penes Bohemiae regem fuit, quam diu is uellet, legibus uti principis uicini. Quod etiam exitus historiae iuris Bohemiae nos docet: quoniam Carolus IV alii- que post eum proprias leges tulerunt, abolita demum omni iuris Magdeburgici auctoritate. Neque enim nostrates ullo tempore praetores id sibi adrogarunt, ut huic instituto obloquerentur. Et qui suberint curiae Magdeburgicae Bohemi, cum eos ab imperii iudiciis Frid. II. Caesar fecerit immunes an. 1212 *conf. p. 65. n. 5.* Qui aliter sentiunt, illi somniant delirantque, non differunt.

(x) In diplomate, quod *Perr. BEKLERVS* in *der Neußen Mäuischen Historie* p. 264. exhibet, hoc titulo utitur rex Bohemiae ad an. 1312. *Nos Iohannes Dei gratia Boemiae rex, Sa-*

1 *cri Imperii citra montes uicarius generalis.* Arguunt ex hoc imperii uicariatu ius status Bohemiae regis inter ordines Germaniae. Verum non cohaeret filum argumenti, quod exempla docent aliorum uicariatuum extra Germaniam. Sic regni ARELATENSIS VICARIUS primum a Caesare constitutus est princeps Auriacus, uideatur *Dn. Praefes in Arausione uindicta contra Gallos*; deinde Britanniae rex; post princeps Delphinatus. Qui uero ex his Germanicae est ciuitatis? DE ITALIAE uicariatu certamina quondam fuere inter Sabaudum & Mantuanum principes peregrinos. Est *Dn. Praesidi* argumentum singulare de uicariatibus imperii extra Germaniam. Magis ad rem facit, si quorsum alii tum hoc exemplum laudant, tum alia, quae habet *Goldastus lib. 3. c. 9.* in ipsa Germania uices quandoque Caesaris sustinuerit rex Bohemiae. Qua in re faciles ad credendum sumus, cum

G

P.

b) uerba sententiae expositio.

Quid de Caesare uicariatu regis Bohemiae?



cameræ  
num subfit?

hemos, credat (y), qui potest. Mihi hæc sententia indigna esse uidetur Bohemiae regis auctoritate, quam illi tribuere uidemus incorrupta rerum monumenta. Praeterea uicisse Bohemum tributorum cum

p. 79. lit. p. ostensum sit, multo-  
ties Bohemos fuisse inter ipsos  
etiam imperii candidatos. Ceterum  
e. inde etiam patet, frustra esse  
ictos, qui in dubium Caesari uocant,  
quin ipse uel abiens uel impeditus  
arbitratu nominet uicarios, praeteritis  
ordinariis palatino & Saxone,  
cum tot exempla ad consuetudinem  
satis sint nostri imperii. Praesens  
autem rerumque generis imperator,  
qui CLIVENSEM nominauerit uicarium  
Westphaliae prouinciarumque Rhe-  
no uicinarum, exponit *Giouanni in  
principe Germania*. Id etiam  
quaeri posset, num alteri Germania  
uicariatuum subfit Bohemia,  
mortuo imperatore? Verum de  
indole uicariatuum istorum peruersae  
sunt omnium fere ictor. sententiae.  
Ante autem quam illae confutentur,  
firmiter non licet respondere.

Bohemiae  
rex num in  
dicem habeat

(y) Goldastus lib. 4. c. 13.  
hunc locum pariter instruit  
auxitque commentario, dubito

1 an ad palatum Bohemiae regum *cameræ*  
ueritatemque. Allegat album *imperii*  
imperii an. 1526. ubi tributum,  
CAMERAE atque REGIMENTO im-  
2 perii praestandum, aere nume-  
ratur 41. <sup>1</sup>/<sub>2</sub> florenorum Rhenen-  
sium & an. 1553. *Boheim zu un-  
3 serhaltung des Cammerger-  
richts 300. flor.* Inde concludit  
regem Bohemiae subditosque  
accusari posse in camera  
imperii idq; probare uult exem-  
4 plis duobus, quae laudat. Ego  
met utrumque nego. Principio  
enim hac causa deterior Bohemiae  
regis fors esset, quam electorum  
5 ceterorum, qui priuilegio muniti  
sunt de non appellando, quod ualde  
est absonum. Deinde in diplomate  
6 Frid. II. p. 55. litti. recitato imperator  
Bohemiae regem eximit ab iuris-  
7 dictione aulici iudicii. Qua ergo  
fronte aliquis cameræ eundem  
decretis subiiciat? Qui filiae  
obtemperabit, quae matris se  
subdixit imperio? Post Caroli

IV.



cum magnitudine, tum uarietate reliquos Germaniae ordines, est quidem testatissimum (2). Absit tamen, ut omnes, qui haec onera ferunt, albo ciuium Germaniae inscribamus. Ad extremum uti nemo negat, Bohemiam nexu clientelari addictam esse Germani-

*h) qui terrae  
gemma  
Germaniae  
tributa  
praestet.*

IV. in A. B. lex clara est; firmissimumque Bohemiae hic regno praesidium. Ceterum, quamuis dubitem, Bohemos adhuc aliquid tributi camerae tulisse: ab eius tamen praestatione ad iurisdictionem illius agnoscendam, nullum filum est argumenti. Quod exempla & Lotharingiae ducum comprobant & Burgundici, qui audit, circuli.

(2) Quatuor tributorum genera imperio quondam Germanico tulit rex Bohemiae. *Primum* qua populi deuicti singulis annis, quod aere tum destituerentur, 500 equos & 300. boues dare solebant; postquam uero auri & argenti usum cognouerunt 150 marcas argenti soluerunt & 120 boues, quae summa pro temporum rationibus & indulgentia Caesarum nunc aucta est & quidem Henrico V impetrante 1108 ad 3000. marcarum argenti, iterumque diminuta,

1 Qua causa hos reditus nonnulli adpellarunt uerbo *Caesarei domanii*. Quo itaque iure Fridericus II. hoc onus an. 1212 remiserit, quod e superioribus p. 65. n. 4. intelligitur, iudicium esto aliorum. Male autem hanc tributi speciem cum donationibus miscet *GOLDASTVS lib. 2. c. 11. p. 205.* ab ordinibus etiam Germaniae annuatim factis imperatori. Hi certe non belli iure quod de Bohemis uidimus p. 49. 50. capri imperioque adscripti sunt, sed pactis liberimis p. 46. 47. Deinde quoties *b) qua cond. foederatus* expeditionem susceperat Germania, toties etiam illi interesse Bohemiae regem oportuit cum cohorte copiarum. Huc referre licet bella Hierosolymitana; Italica; Hungarica; Flandrica ceteraque quibus patriam diuexatam esse reperimus. Hoc enim foederis iure praestitit. ut mutua Bohemiae rex auxilia & ferret Germaniae iterumque ab eadem

*camera  
imperii*

*Genera tributorum a Boh. r. Germaniae ferendorum quae a) iure uisitationis.*



*h) Bohemia  
num sit feu-  
dum Ger-  
manici im-  
perii?*

manico imperio (a) ita non minus est manifestum, nullum exinde filium duci posse, ad ius ordinum in comitiis imperii adferendum & propugnandum. Labuntur uero per hunc errorem maximi etiam nominis iureconfulti, qui de indole Bohemiae regni, de successione in eodem, improba dogmata fouent, dum ineptissimo instituto publicas Bohemiae causas truti-

na

*c) qua usal-  
tus,*

eadem expectaret. Post imperatore trans alpes in Italiam, solennium causa, mouente ad Romae accipiendam coronam, Bohemiae iterum rex, qua cliens imperii obligatus est, ut Caesari, domino suo socius & comes adesset cum 300. equitibus armatis, quos potest cum totidem marcis argenti redimere, aut cum dimidia eius numeri pecunia militumque altera parte. Verum a tergemino nexu fere soluit Bohemiae regem Fridericus II in diplomate, quod. p. 67. excipimus, ut ex illo tempore fere omnia haec in arbitrio Bohemi essent & eius tantum pudori relictum esse uiderentur.

*d) qua status  
imperii.*

De quarto genere, quid statuentum sit, illud quidem paulo superius explicauimus p. 100.

*De nexu feu-*

*dali regis Bo-*

*hemiae desi-*

lit. y. (a) Inde ab Henrici aetate Bohemiae duces in clien-

1 tela fuerunt imperii Germanici, *derisusque*  
in quo nexu ad nostra usque *doctrina*  
tempora perdurauerunt. Pa-  
tet hoc ex litteris intefiturae, *dasti.*  
2 quarum magnum numerum edi-  
dit *BALBINVS Dec. 1. lib. 8.*  
qui est diplomaticus. Inaugu-  
3 rationes etiam feudales, siue  
imperator decesserit siue Bohe-  
miae rex, annalibus patriae no-  
strae passim describuntur, quas  
collegit *HEIMENFELDIVS*  
4 *lib. 3. cap. 14.* Plures autem ex-  
Bohemia  
inde dubitationes oriuntur, quas *num fuerit*  
idem uel non attingit uel ordine *subfeudum*  
tractauit peruerso. Principio  
5 putat *lib 2. c. 9.* Bohemiae du-  
cem ab Arnulfo rege circa an.  
890. Morauiae regno adscri-  
ptum fuisse, ut huius esset Bohe-  
mia aliquandiu subfeudum *p. 40.*  
6 *lit. o.* Verum contra factum est  
an. 1086. ut Morauia, consensu  
comitorum imperii solennissi-  
mo, regno Bohemiae innecteretur

*Bob. R.  
fuerit  
scipere  
per regu*



na examinant Longobardica. Vtinam ab his argumentis manus cohiberent ciuiliū legum magistrī.  
Iuris

tur lib. 2. c. 9. n. 24. lib. 3. cap. 10. n. 8. qui locus est potissimus & c. 16. n. 8. 16. conferatur cum his Czechorod lib. 3. c. 2. mart. morrau. p. 273. Etiam Henrici auctūpī id fuisse legitur institutum, ut Bohemiam Boioariae duci adsignaret, cuius hoc remedio quaesuit amicitiam; uerum hoc etiam consilium, satis iniquum, non solum successū caruit lib. 3. c. 14. n. 4. sed etiam parum abfuit, quin Boiaria omnis in potestatem ueniret regū Bohemiae, quod supra attingimus p. 79. n. 14. 5. ut taceam, illo tempore nondum cognitās fuisse leges feudales, ut decretis earum haec adstringi queat historia. Deinde hodie in mores iuit, ut ordines Germaniae imperii uasallī, Caesari absentiam excusent, quoties non ipsi inuestituram suscipiunt. Dubium, quid regibus uasallī tum incumbat. Nos omnino distinguendum esse, putamus, utrum regni causa feudum rogetur, an provinciae ergo alterius. Si primum, excusatione absentiae omnino est opus, quod nos docet diploma

Caesaris ADOLFI, ex BALBINI *Num excusare tenetur absentiam regis*  
dec. 1. lib. 8. p. 25. hic excusandum. Adolfus Dei gratia Romanorum rex; semper augustus uniuersis S. R. I. fidelibus gratiam suam & omne bonum. Ob suorum meritorum insignia gloriosa; quibus erga nos & sacrum imperium illustris dominus Wenceslaus rex Bohemiae, inclytus princeps noster & pincerna multipliciter refulcet, suis cupientes parcere laboribus & expensis omnia feuda, quocunque sita seu quocunque nomine censentur, quae nobis & sacro romano imperio dictus rex per nobilem uirum Rubinum de Tonerra affinem nostrum exhibitorē praesentium ex SPEC ALI GRATIA nostrae regiae maiestatis, quanquam ABSENTI duximus porrigenda. Volumus tamen & amellimus hanc formam, ut rex illustris iam praedictus, cum commode praesentiam nostram habere poterit PERSONALEM, PERSONALITER nos accedat, iura suorum feudorum, pro ut mos expostulat, accepturus, dat. ap. Francfort 4 idus Martii an. an. 1292. inuicti. 5. regni



Iuris enim publici prudentia alios fontes habet, quos dicitur Romana non apeririunt; sed cuique reipublicae propria imperii instrumenta.

CAP.

*Num B. regnum imperio aperitur?*

*nostri primo.* Grauioris momenti illud est, num Germanico imperio Bohemiae regnum, successoribus legitimis destitutum, obueniat, ut illi integram sit, rege destitutus alium nominare? *Goldastus per omnia libri 6. capita id agit, ut probet, regnum Bohemiae successuum esse; masculis aequae ac foemineis id hereditibus deferri: quo in argumento nodos mihi scindere magis uideatur, quam soltere & extricare.* Addemus ergo aliqua ex doctrinis *Dn. praesidis in iure feudali secundum mores medii aevi,* Scilicet uocabulum *HEREDIS* Germanico iure aliter accipi non potest, quam de illo, quem sanguine nos habemus coniunctum. Testamentorum enim ignara, cum Germania omnium eius parte Bohemia, nequicquam fieri potuit, ut *HEREDVM* uerbo etiam significarentur testamentarii. De quo in Italia solum aliquis potuit ambigere. Unde *COWEL* in *Anglici iura institutionibus* monet,

*Quid ibi uox HEREDIS?*

1 hodieque ibidem *HEREDIS* uoce non alios intelligi, quam *Bluts Verwandte.* Quod lumen si *Goldasto* fulsisset, non opus eisdem fuisset tanto, quo hic com-  
2 pareat, adparatu. Quid uero iuris, legitima utriusque sexus extincta stirpe? Hoc casu *Goldastus* ad *A. B.* confugit, quae  
3 rum summam rerum defert regni ordinibus, ut ipsi nouum eligant sufficientique regem. Nos eo faciliores hic sumus ad con-  
4 sentiendum *A. B.* quo magis pro certo habemus, quondam eadem iura fuisse aliis etiam ducibus Germaniae. De *Boioaria* ingenua confessio habetur ipsius  
5 imperatoris, qui importunis rogationibus candidati inius ducatus his uerbis respondit:  
6 meum est, *Bois* confirmare ducem, ab illis electum; non obtrudere. Idem nunc iudicium de  
7 regno Bohemiae. Praeterea *Num. re-* delirant magis, quam differunt  
illi, qui non regnum Bohemiae feudale uel tantum dicitur  
uerum eius uel regalia tantum rati?  
p 1

*Quis pri-  
imperio  
dicitur?*



## CAP. III.

DE IVRE RECUPERANDI PRISTINVM IN  
S. R. I. COMITIBVS SVFFRAGIVM, CVM  
DISSOLVTIONE CONTRARIORVM.

## §. I.

**P**rincipio ad scopulum offendunt auctoris nugiu-  
duli, in patria nostra diu famosi & perquam mo-  
lesti, nomine SPECVLATORIS (b); qui Bohemum  
solo

Opposita  
iuri recu-  
peratorio

nelektoratum uel pincernatus  
dignitatem. Contrarium enim  
cum ex litteris investiturae tum  
exinde etiam patet, quod rex  
Bohemiae regni causa seruitia  
praestet, onera ferat & iudicem  
agnoscat Germanicum imperi-  
um, effectus obsequii nexusque  
clientelaris; ut taceam, feudi  
iure quondam non umbras ima-  
ginesque dignitatum concessas  
fuisse absque corpore & rerum  
momento. *Ad extremum* illud  
quoque privilegio habet rex Bo-  
hemiae, ne petere eundem  
oporteat investituram si impe-  
rator in loco agat, qui decem aut  
quindecim milliaribus germani-  
cis distet a finibus Bohemiae.  
Diploma Friderici V ad an.  
1462. offendis apud *Balbinum*  
Dec. 1. lib. 8. p. 93. Ceterum  
uix oporae etiam pretium illud

1 hic est: quod in quamplurimis  
diplomatis Bohemiae rex Cae-  
sari audiatur: *princeps imperii potif-*  
*simus*, p. 106. Haec enim elogia  
2 uasalli cuiusque generis etiam  
Italici habent, quorum tamen  
nomina in albo ordinum statu-  
umque imperii nec quicquam  
3 reperiuntur.

b) Vt nugas quam plurimas  
alias SAXONICI & SUEVICI iuri-  
um, qui uideri uolunt, compila-  
tores de consuetudine illius medi-  
aeui protulerunt: ita sane  
deliria utriusque in hoc etiam  
argumento quam plurimos fe-  
5 fellerunt. Scilicet auctor *Specu-*  
*li Saxon. lib. 3. artic. 57. §. 2.*  
ita somniat: *Bohemiae rex Pin-*  
*cerna est, qui non eligit, quia na-*  
*tionis non est reuonicac.* Idem  
6 etiam in *SUEVICO speculo lib.*  
*1. c. 29. §. 2. in dem Baysert.*  
Sand

*Fabula spe-*  
*culatoris Sa-*  
*xonici adu-*  
*Bohemiae Re-*  
*suffragium*  
*in comitiis.*

in re.  
in B. ff.  
dele uel  
um de  
ar. electio  
as?

Qui princeps  
imperii au-  
dit rex Boh.



1) ex autoritate speculatorum patriae te-nebrionum.

solo archipincernatus dignitate gaudere opinatur; nec quicquam suffragii iure ad eligendum imperatorem. Rideri atque rectius sentientium iudicio explodi debuerat homo ad deliria natus. Verum ita eum tueri audet Lambecius, ut tam SPECVLO macula abstergeatur, quam etiam ueritas Bohemici suffragii in comitiis persistat. Sed laterem lauat uir do-

Verba ex cod. mso Dn. Praesidis.

Land und Lehnrecht part. 1. tit. 29. §. 2. part. 2. tit. 8. §. 5. neque aliter in dem Sächsl. Lehnrecht artic. 3. dem Magdeb. Weichbild artic. 3. Quae loca cum GOLDASTVS conscripserit lib. 2. c. 15. n. 4. p. 232. & lib. 3. cap. 5. n. 3. p. 283. ego quidem hic nolo repetere. CODEX autem, quem MSCtum seruat bibliotheca Dn. praesidis supra p. 91. 92. laudatus historioliā his quidem habet uerbis lib. 6. cap. 9. p. 124. In diß Koniges Kur sal der erste syn der Bischof von Teyre; der andere der Bischoff von Menke; der dritte der von Kolne. Under den Leygen ist der erste der Phalengraue von Rione / diß Rihes Trucesse; der ander der Herzoge von Sachsen / diß Rihes Marschalg; der dritte der Margrave von Brandenburg / diß Rihes Kammerer; der

1) Schencke diß Rihes ist der Konig von Bohinen / der hat keyne for / durch das her nicht deutcht en ist. Ab sich abir dy Pfaffen und dy Leigen eyweyen; so ist der Konig von Bohemen eyn oberman / dy ezu scheidene / das sy mit eyn ander eyn richtig werden. Summatim; nullo tempore eligere Bohemum, nisi dissentiant inuicem sex electores, quo facto, suum demum arbitrium is queat interponere. Unde fabulari alii sunt; in duas partes distractis sexuvs electoribus, cui Bohemus suam calculum addat, eam habituram esse maiora, id est, plures suffragiorum numeros aut, quod nolunt, deicidendi auctoritatem. Diu is locus exercuit ingenialctorum, quibus modica scientia rerum medi; reliquis enim, qui eartum prorsus ignari fuere, eo impo-

Responsa  
rum ad ea



doctiffimus multaque detrahit Bohemiae regni emi-  
nen-

fuit facilius, cum ne quidem  
foliciti effent ad glaucoma hoc  
de oculis depellendum. Tandem  
uifus est *Petrus LAMBECL-*  
*VVS* fibi aliisque nodum foluiffe  
*lib. 3. cap. 8. p. 826. biblioth. Vin-*  
*dobon.* cuius haec est opinio.  
Effe Bohemiae regi fuffragium  
in Caefarum electione, fi qui-  
dem is uel *patre* uel *matre* uel  
utroque parente gentis fit *Ger-*  
*manicas.* Quod fi *neurum* fit,  
eundem, ut *alienigenam* ab omni  
fuffragiorum iure prorfus ex-  
cludi. Rerum enim fummam  
in Bohemia ab an. 1230 penes  
*Wenceslaum* monoculum fuis-  
fe, cuius non folum *pater*  
*Przemislaus Venedae* originis  
fuerit, fed etiam *mater* peregrina,  
*Hungariae* regis filia, Con-  
ftantia. Genealogiam habes  
apud *BALBINVM* *deca. 1. lib. VII.*  
*fecl. 1. tab. 5. p. 140. lit. h.* At-  
que in haec tempora cum inci-  
dant *iurium* patriae famofi *spe-*  
*culatores*, illos de hoc tantum  
cafui intelligendos effe, quos alii  
poff, ultra quam par fit, in odi-  
um protulerint Bohemiae regum,  
ut eosdem ex albo electorum, fi

non prorfus excluderent; omni  
tamen deftituerent auctoritate.  
Addit, eapropter tum Bohemi-  
uices in comitiis obiiffe ducem  
Boioariae. Verum enimuero  
decipit fe aliosque iudicio fuo  
erudito magis, quam docto, uir  
multis nominibus laudandus.  
Primo enim ex *LITTERIS INVE-*  
*STITVRAE*, quibus an. 1231. *Fri-*  
*dericus II.* imperator *Wences-*  
*lao* Bohemiae regnum contulit,  
fatis patet, illum necquicquam,  
originis caufa, deterioris condi-  
tionis fuiffe parente *Pzremisla-*  
*o*, edito matre Germana. Ita enim  
uerba earum fe habent: *regnum*  
*Bohemiae cum omni honore ac*  
*dignitate omnique iure*, quo  
haud dubie ad ius Germanicae  
ciuitatis refpicitur, *quo rex pater*  
*eius idem dignofcitur poffediffe, ei*  
*tenendum damus, ficut tenere de-*  
*bet a nobis & imperio.* Prae-  
fentis priuilegii auctoritate man-  
dantes, quatenus nullus princeps,  
*dux marchio* (quo fine haec  
quaefo fcribuntur, nifi Germa-  
niae caufa, ubi fere tantum mo-  
do duces habentur, iuriumque  
in eiusdem imperii ciuitate) cor-

H

112

Quod sub  
examen no-  
catur consu-  
tat utque.  
a) ex litteris  
inuestiturae.



nentiae. Me uero miserum, qui ita sentio! quoniam diris deuouet stulta caudicorum fex, quotquot spernunt

*era confirmationis nostrae diualem paginam uenire praesumat.* Imo, quod magis est, maxime eidem fauit in eodem libello imperator, quoniam rex Bohemiae *reginam, Catharinam, dilectam consobrinam eius coniugii habeat consortem.* Tantum abest, ut Caesari Wenceslaus mereri uideretur, cui alterum brachium, status imperii dignitatem, uellet ereptam. Quid? quod praecipio iuris sit firmissima: *nouis-*  
*simam inuestituram primae res-*  
*spondere, si de iuribus agatur* uasalli, ut adeo quacuis a parente iura filium accepisse, non tam doceri, quam *praesumi* debere uideatur. Deinde quis crederet, Przemeslaus, parentem, primam coniugem, filiam *Misniae* Marchionis, ex leuissima causa, ob diffidium cum fratre eius dimisisse, *Hungaria* ducta, si partui tantum inde damnus contrahi, existimauisset. Praeterea suffragio cessante, haud dubie etiam desistendum fuerat Bohemiae regibus ab imperii comitiis. Verum haec omnes omni-

b) ex praesumptione iuris clientelarii

c) Mutata uxore Germana cum Hungaria.

d) Slauicis gentis RR. intersunt comitiis.

um temporum reges imo ipsum quoque Wenceslaus monoculum, de quo fabula narratur, frequentauisse, nullo discrimine, siue Slauicis mammis nutrirentur siue Alemannicis, constat quidem e superioribus p. 60. 61. Post eiusdem etiam sanguinis reges Bohemos ante & post hoc figmentum anile in Caesarum electionibus primas egisse, exemplis docemur. Quae illi colligant ex annalibus, qui in meridie desiderant lucem. *Tandem* qua quis fronte audeat, p. 65. exscriptum diploma, quod imperator pro iure suffragii Bohemici, uerbis claris & absolutis concepit, tam ridicula distinctione discernere ac dilacerare. Ad *extremum* irane soli Germani, neque enim ineptiarum ulli bi gentium socios offendent, puerilia haec instituta habuerunt, ut principem auiti regni iuribus hoc facinore destituerent, quod infans hauserit lac Slauicum. Pueri id credant lactentes. Pudet sane pigetque nugarum.

c)

e) Imo ipsi Caesares eligunt.

f) priuilegia imperii absolutissima sunt

g) discrimina mammis periculum sapit ineptiam.

Eufrasia Saxonia

Bohemiam eorum expungit si quos Germani



nunt folia eius generis sibyllarum (c). Sed quo non aguntur homines furibundi?

§. II. Deinde, missa auctoritate aliorum, illud <sup>II) quod re-</sup> tamen comitorum iuribus Bohemiae regis esse pu- <sup>ges B. Sla-</sup> tant aduersum, quod is Venedae gentis fit (d), no- <sup>uice gentis.</sup> bis peregrinae. Verum non gentis; sed PROVINCIAE suae

*Furiae iuris  
Saxonici.*

(c) Is enim uerborum finis extat in codice msi. D. Praesidis: Wer das Buch schende; der blybe ein Zurenson an sein ende. Und wer dem schreiber übel spricht; der habe mit dem tufel physicht. Lernarum haec dicta sunt, in quorum contubernio id patrii iuris portentum factum fuisse uel ex hoc scimus argumento. Tantum abest, ut foetus esse possit, dignus hominibus ingenuis & aliquarum litterarum. Et, nisi prudentiores ICTos Germanicum solum protulit, stultissima desideria sunt illorum, qui patrii iuris iudiciorumque fouent instauracionem.

(d) Haec tamen de auctoritate, nunc de rationibus illorum, qui Bohemiae regis nomen expungunt e numero ordinum Germaniae. Sit earum interpret **ALBERTVS abbas Stadenfis**, qui ad ann. 1240. his uerbis scribit: *Papa Gregorius insolentias*

1 *imperatoris Friderici II. contra ecclesiam metuens, principes super electione alterius sollicitauit; sed nihil profecit: quia quidam principum (iuniorum) ei rescripserunt: non esse sui iuris, imperatorem substituere; sed tantum electum a principibus (originalibus) coronare. Electio enim ad istos dinoscitur pertinere. Ex praeraxatione principum (originaliorum) & consensu (auctoritate omnium ordinum Germaniae) eligant imperatorem, Treuirensis, Moguntinus, Coloniensis. Treuirensis enim licet de Alemania non sit, (quod est quidem falsissimum) tamen ratione antiquitatis eligit, quia a Nimo condita ciuitas (gerae monarchorum) etiam a tempore petri apostoli est solidata in fide catholica (si haec ratio est idonea, qui papae R. negaueris iura eligendi imperatorem). Palatinus eligit quia iterum falsus est p.*



suae causa imperialibus ille interest conuentibus (e); ut taceam cum Pomeraniae, tum Meklenburgicos duces, quibus idem non obfuit, quo minus illi agerent inter ordines Germanici imperii. Summatim in iure publico Germaniae praeeptio quaedam mihi quidem

74. n. 1. p. 77. n. 7.) dapifer est: dux Saxoniae, quia Marefcalcus & Margrauius de Brandeburg, quia Camerarius. REX BOHEMIAE, QUI PINCERNA EST, NON ELIGIT, QUIA NON EST TEVTONICVS. Vidimus, ineptire abbatem in aliis leuioribus facilio-ribusque rebus, quidni in illis, quae grauiora sunt atque extra eius sphaeram. Sed iam nunc non auctoritatum, quod supra factum est: uerum rerum ipsarum expendimus, momenta.

Dogma hoc  
mittitur sub  
examen &  
confutatur  
a) exemplis.

b) fallacia  
causae.

c) privilegio.

(e) Falsam esse abbatis Stadenfis rationem, plura nos docent. Primum is scribit de Friderico II. Caesare: sed hunc ipsum Bohemo in electione sua primas detulisse, supra p. 65. n. 1. cognouimus ex diplomate. Deinde prouinciae causa eligit Bohemus, non sui ipsius ergo aut populi p. 73. n. 6. 7. Post ipsi Slauius nacti sunt ciuitatis Germanicae p. 34. n. 3. p. 49. & 50. lit. 7. Praeterea aliena est patria nostra a iuribus albinagii.

1 Ex quo enim princeps aut alius d) sublato priuatus Germanicum fundum iure albinagii nanciscitur, ex eo etiam consequitur ius ciuitatis Germanicae, eodem modo, quem in priuato iure instituunt l. 17. ff. de statu hominum & Nou. 78. c. 5. quae omnibus populis ex orbe uniuerso priuilegia Romanae ciuitatis largiuntur. Quod ad extremum exempla quoque docent POMERANORVM & MEKLENBURGENSIVM, qui quamuis & ipsi Venedae uel Slauicae originis essent cum Bohemis; eo tamen momento, quo in imperii Germanici se clientelam dederunt, etiam ius acceperunt Germanicae ciuitatis. Ut Brandeburgensem taceam ducatum, de quo illustriss. com. de ARCO egit in formula Marchiae. Atque tantum ualuit in Germanis, prouinciae Germanicae memoria, ut ob eandem ordinum Germaniae societati incolas adscriberent, non attento, unde essent oriundi.

(f)



quidem uidetur esse, ut *persona* imperans, imo populi etiam *ius prouinciae suae*, quam occupant, consequntur (f).

§. III. Praeterea fieri non posse, existimant, quod Bohemiae rex in classe ordinum Germaniae sit, quoniam circulo patriae limitibus Bohemia non contineatur (g). Sed Germaniae pagum Bohemiam omni tempore fuisse, supra constat (h). Quin autem in partitione Maximiliana in hoc ordine illa numeraretur: id quidem causas habet singulares. Scilicet cum ab oneribus Germaniae Bohemus abhorreret, etiam ab hoc uerbo alienus fuit, quo illa aliis impone-

III. Quod in nullo sit Germaniae circulo, Bohemia.

ban-

(f) In aduersis castris hic conspicimus uirum illustrem, *Dn. de COCCEI cap. 2. iuris publ. n. 14. p. 23. 24.* qui libellus filium nobis ariadneum fuit, quoduce eluctati sumus ex innumeris opinionum portentis, quibus tument uolumina aliorum. Verum relicis suis met ad nostra transibit, ex quo eidem per idonea argumenta constabit, Bohemiae regnum prouinciam fuisse Germaniae. Quod p. 27-30. clare uidetur docuisse.

(g) Ictorum Germaniae corruptissima dogmata sunt de *PACIRCVLORVM*, quod nostri s uerbum, institutione. Ex-

1 pungunt Bohemiam ex albo ciuium nostrorum, quod eadem in decem Germaniae pagis a Maximiliano adpellatis, non inueniatur. Deinde querelas ordinum Germaniae adlegant, de illis imperatoribus factas, qui iusto diutius in Bohemia federint aut isthuc Germaniae ordines inuitauerint ad comitia. Credidisse enim putant ordines Germaniae hanc regionem sitam esse extra limites Teutonicos. Collegit conquerentium uerba *Goldastus lib. 1. c. 2. n. 10. 11.* quibus nos, alia, quam ille fecit, ratione respondebimus.

(h) Operosus est *GOLDA STVS* in eo, ut *lib. 4. c. 8. p. 472.* Germaniae. pro-

Qui Bohemianus sit circulus Germaniae.

Germaniae iure publico persona fatur iura prouinciae.

Quod Bohemianum sit circulus Germaniae.



bantur. Aliud vero est, Germaniam partiri uniuersim: aliud, illam tantum disponere, quae imperio fert uarii generis tributa. Non in primo, sed altero genere uerfatur nostrum argumentum.

IV.) Prae-  
scriptio  
num  
obfit Bohe-  
miae suffra-  
gio in co-  
mittis?

§. IV. Grauiissimum porro dubium illud est, quod post tantum temporis interuallum, ordinum Germaniae iure usi non sint reges Bohemiae, ut adeo, quod habuere, non utendo uideantur amississe

probet, Bohemiam quasi *undecimum* circulum habitam esse Germaniae. Ridet eum *BALBINVS* hancque sententiam explodit *Dec. 1. lib. 3. c. 22.* Neuter recte. Si enim circulus Germaniae regio est, quae *ius ciuitatis* habet Germanicae, frustra sunt, qui hac Bohemum classe uolunt eximere, quod *p. 26. & sqq.* eruimus ex idoneis rerum monumentis. Quod si autem circulum Germaniae finias hac ratione, quae *onera* ferat imperio uarii generis: tum Bohemi, ob priuilegia *p. 65.* memorata ab hoc nomine non immerito haerētus abhorruerunt. Atque alterum hoc neque facit ius statuum neque tollit. Nam *Maximilianus* non Germaniam circulus *uniuersim* descripsit; sed Germaniam *sgillatim* enumerauit *tributariam*. Ceterum ut

1 olim tot circuli Germaniae fue-  
re, quot archiprincipatus Ger-  
manici: sic frustra sunt, qui du-  
bitant, unum archiprincipem  
constituere & efficere circulum  
2 posse sine aliorum *immediato-  
rum* ordinum societate. Nam  
praeter archiprincipem olim om-  
nes ordines circulares fue-  
3 mediati, ciues *Landstasii*. Sed  
hunc ordinem tempora pertur-  
barunt illa, quibus plerique Ger-  
maniae ducatus uel duce singu-  
4 lari *destituti* sunt, quod accipe  
de *Sueuia & Franconia*; uel in  
partes sunt disiecti, uti fata *Saxoniae*  
5 fuere & *Boioariae*. Ha-  
bent ergo Bohemi, quod Deo  
tribuant, cum illis unius corpo-  
ris firmus sit contextus, ut um-  
bram nobis ostendat pristinae  
6 imaginis, qua prouincias omnes  
Germaniae scimus corruscuisse.  
Ceterum, quod ordines *Qui comitis*  
Ger-



se (i). Verum enimvero ut iuris est manifestissimi, quod rebus, positis in arbitratu facientis, nulla temporis intervalla obstant, quo minus illae fiant deinceps (k): sic, quae in Romanis legibus de extinctione privilegiorum habentur, si illis uti negligat, qui iisdem est munitus, nostro argumento pessime congru-

Germaniae, si quidem curiam comitiaque eius in Bohemia cogere uoluit imperator, id crediderint fieri extra limites Germaniae, hoc ideo factum est; partim, quod in medietate uellent ea institui, ne itinera illis molesta essent, si nimis essent remota: partim etiam, quod Germaniae uerbo *tributariam* adpellarent, quo per illa tempora Bohemos uenire noluisse, saepius commemorati.

(i) *Ter fere mille annos* lapsos fuisse, dicunt, ex quo Bohemiae reges interesse neglexerint comitiis Germaniae. Ipsimet superius p. 61. n. 6. in anno 1461 substituitur: post quae temporum suboccurum est, num quid suffragio Bohemiae regis datum sit in patriae comitiis. Explorendum itaque esse, iudicant, qui iura reducere uelit, *trium seculorum* lapsu sepulta neglectaque. Inprimis cum privilegii

1 iure hanc facultatem obtinuerit princeps peregrinus, rex Bohemiae: at haec extingui, nundinarum exemplo, si quis iisdem per decennium non sit usus *l. ff. de nundinis*. Plura sunt diuersaque, quae hic responderi merentur. Ut igitur utriusque generi dubitationis satisfiat: de singulis dicemus figillatim.

(k) *πολυεὐλαχτων* ICtorum est, res merae facultatis non praescribi. Abunde doctores ad *l. 2. ff. de uia publica & itinere rescicendo*, ubi *LAVOLENVS* inquit: *uiam publicam populus non utendo amittere non potest*. Magnae hic andabatarum digladiationes sunt, quae demum haberi debeant in numero rerum *merae facultatis*. In eo conveniunt plerique, quod tum neque temporis praescriptio longissimi uires habeat, etiam si mille annorum lapsus sint *Francisc. BALBUS de praescript. part.*

54

Cogere in-  
terd. in Bo-  
hem.

Doct. comi-  
tibus inter-  
esse neglexe-  
runt Bohemi.

comitiis



gruunt (1). Quoniam comitiorum iura Bohemiae regi necquicquam priuilegio concessa sunt, uerum iure prouinciae ordinario, quod supra a nobis est *V. Exempta* commonstratum. Ceterum, superesse tamen exempla,

5. c. 3. p. 433. neque immemorialis, de quo doctorum cohortes reperis apud *Iob. Uinc. HON-DEDAEV* Muol. 1. part. 5. conf. 82. n. 7. 8. Ast uero in eo haerent, quid demum uenire debeat nomine rerum merae facultatis. Prodam eozmet iudicium meum sine ulla interpretum, diuersimode iudicantium, interpellatione; ut constet tantum, legem nostri quoque esse argumenti. Scilicet praescriptio rem aut ius uult, ab alio uere uel quasi possidendum; possessio enim potissimum est praescriptionis fundamentum. Qui ergo praescriptum esse dicitur suffragium regis Bohemiae? atque a quo? Non enim legitur ullus ex ordinibus Germaniae nostrae, qui sibi uel somnians in patriae comitiis adrogauerit locum suffragiumque Bohemi. Urges, imperio tamen ius negandi esse, ob iuris Bohemici neglectum. Verum repono ideo intrui a nobis deberi locum sequentem. Ce-

1 terum illud etiam iura priuata  
fuggerunt aduocato Bohemici  
suffragii aduersus praescripti-  
onem: quod huic obnoxium  
2 non est, cuius reid identidem  
obligatio arg. l. 7. §. 6. C. de  
praescript. 30 uel 40. conf. *Dn.*  
*praeses de iure annat. c. 3. §. 10.*  
3 p. 93. Sed uero quoties comitia  
noua coguntur, toties iura Bo-  
hemi etiam uidentur requiui-  
cere.

4 (1) Quod hunc nodum con-  
cernit, etiam eundem dissolue-  
mus ex sententia priuati iuris  
consultorum. Non usu decen-  
nii spatio amitti nundinarum  
5 priuilegia, aiunt: quidni idem  
euenerit per tria fere secula o-  
missio Bohemico suffragio. Ve-  
rum Bohemiae rex, quod supra  
6 p. 75. ul. m. dictum est doctam-  
que, non priuilegio debet impe-  
rii Germanici societatem: ue-  
rum Germanicae prouinciae,  
qualem Bohemiam omni tem-  
pore fuisse, ostendimus iure or-  
dinario. Nemo autem amittit  
ius

*Boh. suffragium non amittitur non usu*



pla, dices, inde a quinto decimo seculo, quod Bohemiae regibus locus, quem illi in comitiis sibi adrogauerant, ab ordinibus Germaniae sit in dubium uocatus (m). Absit uero, ut hoc uel iure uel ob aliam causam

*negator comitior R. Bobemiae.*

ius commune siue publicum siue priuatum, si illo diu non est usus, ut bene philosophatur *MEVIUS part. 5. decis. 260.* Rem illustro nundinarum exempto, quo etiam utitur *L. 1. ff. de mundinis* aduersus nos allegata. Est imperii princeps, qui nundinarum iura ut territorii habet: alius item, qui illa iure priuilegii. Alterius ius non utendo expirat: non primi, in cuius facultate arbitrioque est positum, siue mundinas instituere uelit siue nolit, ipso eidem iure semper saluo. Ridebit me, qui praescriptionis momentum omne a iure priuato pendere, existimat, ad quod Bohemiae rex nequaquam adstringatur. Repono, hanc arenam neque nobis ingratam, prolixior tamen longe esse nostro instituto.

(m) Ne quid dissimulare aut silentio tegere uideamur, quod nostro argumento queat obesse: illa etiam exempla in medium producimus, ubi Bohemiae regi locum suffragiumque, in comitiis postularum, ordinis imperii ambiguum fecisse, ui-

1 dentur. *SCHVRFZELEISCHIVS* *disposit. 27. litt. K.* postquam causam allegasset, quare comitorum ius Poloni duci Brandeburgico iuerint negatum, ne scilicet praepotentem principem partem redderet regni consiliorum, explicare id uoluit exemplo aliunde repetito, dum pergit: *non secus atque Germani olim regem Bohemiae Vladislauum, quod idem esset rex Poloniae* (causam difficultatis nota, a consilii non iuris aliqua ratione repetitam) *anno 1468* (scribendum fuerat *1486*) *senatu electorum Germanicorum prohibuerunt. Atque ea ex causa postea tempore reges Bohemiae amiserunt* (quod ingenii scriptoris est commentum) *ius comitorum in imperialium. Quae omnia*

2 *haussit ex GOLDASTO lib. 4. c. 5. p. 451. Qui etiam aliud aliis regis exemplum anno 1486 st. ggerit* *lib. do an. 1520. 3. cap. 5. n. 3. p. 283* dum scribit: *Qua de causa factum non nemo opinatur, ut Sigismundus rex Poloniae Ludouici Hungariae & Bohemiae regis impuleris patris & tutor legitimus, qui an. 1519 legatos suos Francosfurtiam misit ad conuenium electoralem, tanquam extraneos & inhabiles a iure & potestate sedendi, suffragandi & eligendi fuerit exclusus. Conferantur eius politica imperialia part. 1. tract. 6. Singulare etiam illud est, quod lib. 4. c. 6. p. 355, enumerat*

*Vladislauus 1468.*

*Sigismundus do an. 1520.*

*Matthias 1611.*



sam factum esse, existimemus, quam ne ille focus imperii sit, qui tantopere abhorreat ab onerum imperii societate (n).

*Utrum his quidem uerbis: Utrum rex Bohemiae sessoriam habeat in conuentibus collegialibus electorum acerrime disputatum fuit Noribergae m. 1571. ubi cardinalis Cleselius a Matthia Bohemiae & Hungariae rege cum mandato & solenni instructione ablegatus locum sibi dari in senatu electorum, regis sui nomine uehementer etiam atque etiam contendebat. Ego tum a Cardinali consultus pro inueregis Bohemiae respondi, nec factum mutuo. Contenti autem Bohemi, quod capitulatio eis daretur in alia conclusa perlegendi, quiescere Verentes ne praedictum irrogarent suae immunitati, & exemptioni, si sese rebus imperii rursus uellent immittere.*

d) Ferdin. II.  
1619.

Ob eandem etiam causam Ferdinandus II sibi ab huius iuris exercitio temperauit: quamuis eius tum maximopere, ob machinationes rebellis Bohemiae interesse uideretur. Atque hanc rerum faciem nonissima quoque tempora habuerunt, ut probe uiderent Bohemiae reges, sibi aut abstinendum esse ab imperii comitiis aut si ad haec recuperare uellent accessum, redeundum esse ad onerum ac tributorum cum reliquis Germaniae ordinibus societatem.

*Respondentur exempla negati accessus ad comitia.*

(n) Principio exempla, negati Bohemiae regi in comitiis accessus, firmant potius argumentum nostrum, quam conuellunt. Si enim omnes imperii ex his tantum causis eundem illi negauerunt, quod Polo-


niae tum regnum haberet cum Bohemia coniunctum; quod uirium magnitudo temporumque rationes Germaniae incuterent formidinem; quod nulla onera porro ferant imperio & quae sunt generis eiusdem, ut p. 119. sq. ostendimus: certissimum est, hanc quoque exceptionem regulam firmare atque agnoscere patriae ordines cetera patere Bohemiae regibus uiam ad procerum Germaniae senatum. Deinde sit, quod tamen factum non esse, constat ex superioribus, Germaniam Bohemicum suffragium in dubium uocasse; quis eosdem ab errore propterea absoluerit, quem in hac luctu in cubra iuncta profligauimus. Obtestationes Bohemiae regum taceo, subinde repetitas; ne suis iuribus silentio aut neglectu illo tempore nocuisse uiderentur. Ad extremum postquam, quod p. 10. ex imperialibus diplomatibus patet, augustissimi Caesaris, instauratoris Bohemici suffragii, instituto factum est, ut Bohemia eadem cum aliis Germaniae ordinibus onera pendere uelit ferreque tributa, id quidem liberali manu Germaniam par fuerat, accepisse. Inde procerum Germaniae omnium in reddendo comitiis accessu, una uoluntas, idem studium idemque sententiarum concentus ac conspiratio.

FINIS.











ULB Halle

3

003 245 462




86











Pub. 8. ~~1709~~ 47. 1709 84

Q. D. V. B.

# DE IVRE SVFFRAGII R. BOHEMIAE,

NOVISSIME INSTAVRATI  
IN COMITUS S. R. I.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO REGIAE DOMVS PRINCIPE  
AC DOMINO,

PHILIPPO WILHELMO;  
PRINCIPE PORVSSIAE, CETERA.

MODERATORE CONFLICTVS,

IOANN. PETRO Sudewig/ct.

PORVSS. REGIS IN HEROICO IVDICIO, EOQVE SVPREMO ADSESSORE;  
CONSILIARIO; IVRIVM ET HISTORIAR. PROF. ORDIN. ATQVE TA-  
BVLARII MAGDEBVRG. ARCHIOTA,

SCRIPSIT DISSERVITQVE

IOANNES LEONARDVS Scheimbl  
VRATISLAVIENSIS,

H. L. V. S.

IPIS IDIVS MAII cIdo Icccix.

HALAE VENEDORVM

LITTERIS ZAHNII, ACAD. ET SENATVS HALLENS, TYPOGR.

14

KONFRIED  
UNIVERS.  
ZVHALLE